



~~Rar. 28~~

~~Gimel~~ (Rar. 28)

Schaschek

Accepit a. 1839 Viennde
a Kopitario,
typis repeti curavit Stödgarde,
Bibliothecae regiae Monacensi
obtulit a. 1844

H. A. Guenther.

Rat
Am. I. 4. 28. Schaschek
Commodatus



universitas omnium scientiarum ad diuinorum

COMEN-

TARIUS BREVIS, ET
IVCVNDVS ITINERIS AT-
què peregrinationis, pietatis & reli-
gionis causa suscepitæ, ab Illustri &
Magnifico Domino, Domino Leo-
ne libero Barone de Rosmital et Blat-
na, Annæ reginæ Bohemij fratre germano,
Proauo Illustris ac Magnifici Domini, Dos-
mini Zdenko Leonis liberi Baronis de Ross-
mital & Blatna, nunc supremi Marchioe
natus Moraujæ Capitanæ: Ante cen-
tū annos Bohemicè conscriptus, &
nunc primum in latinâ linguam
translatus & editus.

Ex consensu Reuerendissimi Domini, Do-
mini Ioannis Olomucensis Episcopi,

Anno Domini.

1613

M. D. LXXVII.

Digitized by Google

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

2(;)2



Hoc insigne gerit veterū domus alta Leonū,
Quam placido semper numine CHRISTE
(foue.)

AD ILLVSTREM ET²⁴
MAGNIFICVM DOMINVM,
Dominum Zdenko Leonem liberū
Baronem de Rosmītal & de Blatna in Ruttos-
vvitz &c. supremū Marchionatus Morauiae
Capitaneum, Dominum ac patronū
suum obseruandissimum.



A B O R E M
utilem & fructuosum suscipiunt, illi
lustris & Magnis
fice Domine, Do-
mine. gratiosissim
me, qui vel historias integras, vel eti-
am ὅδοις θορηκᾱ conscribunt. Non enim
sine causa à M. T. Cicerone histo-
ria, cuius beneficio res præclarè gestæ
è tenebris in lucē proferuntur, & viri
illustres ad hominum notitiam perues-
niunt, testis temporum, lumen verita-
tis, vita memoriæ, morum magistra,
& nuncia vetustatis appellata est.

A ij

EPISTOLA

Porrò nescire quid acciderit, antequā
natus sis, eodem Cicerone teste, hoc
est semper esse puerum. Neç verò
solùm ad rerum variarū multiplicem
cognitionem acquirendam, verùm eo
tiam ad morum vitæ emendationem
plurimùm consert rerum præteritarū
narratio. Dum enim exemplis pro
positis quid benè, quid malè gestum,
et quis euentus quamç actionem cō
secutus sit, perspicuis verbis ostendi
tur, prudens, cautusç lector efficitur,
vt & quid sequi, & quid fugere debe
at, facillimè per seipsum cognoscere
atç intelligere queat. Quare iure op
timo laudem meretur is, qui res ges
tas maiorum posteritati, tanquam in
tabula depictas pponit, magnorūç
virorum pietatem, laborem, & indu
striam interire cū morte non patitur,
sed quantum in se est, memorie con

secrat sempiternæ. Ex quo genere laudis, meo quidem iudicio non minima partem consecutus est, qui hunc libellū contexit, suiq; Illustris ac Magnifici Domini pietatem, laborem, & magnanimitatem literarum monumētis fidelī narratione commendauit.

Quamuis autē hic libellus propriè nō historiā, sed tantū ὀδοιπορικῷ cōtineat, itinerisq; et peregrinationis Illustris et Magnifice Dominationis Tuę Proaui labores & pericula breuiter ante oculos ponat, plurima tamen, vt in huiuscmodi cōmentarijs fieri necesse est, more historico, non solūm auditu iucunda, sed etiam scitu perutilia in eo recensentur. Primū enim haud obscurè demonstrat, que Proaui Illustris & Magnificæ Dominationis Tuę pietas, quis ardor religionis & fides fuerit, quod sumptus maximos facere,

A iii

EPISTOLA

& iter longissimum, periculisq; pleni-
nissimum suscipere non dubitarit, tūm
ut loca sacra inuisendo animi sui pie-
tatem, & religionem augeret, tūm, ut
aulas regum, principum, ac Illustriſſi-
morum virorum adeundo mores
uarios, & ritus gentium cognosceret,
multaç; uariarum rerum notitia pect⁹
locupletatum domū reportaret. Deſ-
inde permultæ, varie, iucundæç; nar-
rationes ſæpen numero intercurrunt,
quæ lectorē meritò allicere & poſ-
ſunt, ac debeat, eaç; commemoran-
tur, quorum notitia magno studio à
mortalibus quæri ſolet. Poſtremò
etiam regionum, vrbium & locorum
descriptions, que h̄c admodūm fre-
quentes ſunt, nequaquam fructu &
emolumento ſuo carent. Quod ſi
foriè loca quædam, arces, aut ciuitas-
tes hoc tēpore eū ſplendorem, eamq;

DEDICATORIA. 4.

formam & consuetudinem, quæ h̄ic depingitur, non habent, mirari Tua magnifica Dominatio minimè debet, cum iam seculum integrū sit elapsum, ex quo hic libellus primūm Bohemico idiomate est conscriptus, neminēq; lateat tanto temporis spatio non solum in hominum moribus, & consuetudinibus, verūm etiam in prouincijs, vrbibus & ædificijs magnam fieri solere mutationem. Neq; statim animus scriptoris in iudicium vocandus est, si res quæpiam minus verisimilis, aut fide maior appareat, cum author, qui hanc peregrinationē describendam suscepit, sæpen numero se multa non proprijs oculis spectasse, sed tantum ex aliorum relatione perscepisse fateatur. Cum igitur Illustris & Magnificæ Dominationis Tuæ nobilitas, & generis splendor, cùm

A iiiij

EPISTOLA DEDICATORIA.

propter Aui pientissimi, nobilissimiq; viri ce-
leberrimam memoriam, tūm etiam propter
regum, & principum clarissimorum literas
huic libello insertas, non parum hinc eluce-
scat, ego, qui Illustris ac Magnificæ Domina-
tionis Tuæ fauorem, & benevolentiam sin-
gularem non raro sum expertus, operæpres-
cium me facturū putaui, si eidem hunc libel-
lum dedicarem, vt potissimum eius patrocis-
nio, & nominis autoritate tutus in lucē ex-
iret, cuius familiæ pietatem, & virtutē præ-
dicaret. DEVS opt: Max: Illustrem Domi-
nationem tuā in auita pietate ac religione, cū
omni fœlicitate tum animi, tū corporis quam
diutissimè tueri ac conseruare velit, Amen.
Datum Olomucij Calend: Ianuarij. Anno
post virginis partum M. D. LXXVII.

**Dominationis Tuę Mag-
nifice ac Generosę**

Obseruantissimus

*Stanislans Pawłowski à Paw-
łowicz I. P. Doctor, Protono-
tarius Apostolicus, Propofitus
Brunensis, Olomucensis et Vra-
tislauiensis Ecclesiæ Cathedrae-
lis Canonicus.*



Hoc insigne gerit veterū domus alta Leonū.
Quam placido semper numine CHRISTI
(foue.)

IN INSIGNIA ILLVS,
TRIS ET MAGNIFICI DO-
mini, Domini Zdenco Leonis, libe-
ri Baronis de Rosmītal et Blatna, in
Ruttovvicz, &c. supremi Maro-
chionatus Morauiae
Capitanei.

Quid spumantis apri caput, et generosa Leonis.
Forma notans animi robora firma probi.
Vadit in aduersas aper imperterritus bastas,
Obviaq; haud dubio corpora dente ferit.
Sic Sdenko infractis animis ex pectore celso,
Excipit instabilis tela inimica Dea.
Constantiq; ferit stygios pietate Dracones,
Dum colit antiqua numina sancta fide.
VI Leo magnanimus subiectis parcere gaudet,
Atq; rebellantum colla superba premit.
Sic inopum Zdenco admittit pia uota precantum,
Atq; humili placidus cernitur esse gregi.
Hjs, quos fastus alit tumidus, stimulatq; rebellus
Exutere imperium, fit Leo terrificus.
Crescat in immensum generosi stemma Leonis,
Successusq; gemat liuida turbanouo.

LIBER AD ILLVSTREM
ET MAGNIFICVM DOMI-
num, Dominum Zdenco Les-
onem supremum Morauiae
Capitaneum, &c.

ERUTUS ex tenebris in claram prodeo lucem :
Qui bis lustra decem carcere clausus eram.
Gaudet igitur mecum Zdenco generose Leonis,
Impiger inuisit qui loca sacra, nepos.
Hec mea libertas stirpis commendat honorem,
Et probat antiquum eum pietate genus.
Quantus Avis fuerit, quam celso peccore, quamq;
Antique semper Religionis amans :
Ex me scire potest hoc quisquis nesciit antea
Multa simul doceo, quae didicisse iuuet.
Numinis eterni sancto compulsus amore,
Limina questuit diue Iacobe tua.
Per rabidum ventis equor, perq; inuia saxa
Suscepit longum Religionis iter.
Ille quidem poterat patrie dulcedine capi,
Inter opes proprio se tenuisse lare.
Sed pietas uicit, uicit quoq; gloria laudis,
Cuius amor segnes nescit habere moras.
Quo se cunq; tulit, quascunq; accessit ad aulas,
Exceptus summo semper honore fuit.

Is, qui me caco disclusit carcere, multa
Imposuit gremio regia scripta meo.
Hec lege (nam labor est facilis) bene lecta docebunt,
In quanto fuerit priscus honore Leo.
At Generose Leo longis ne ambagibus utar,
Ad te cur ueniane carmine disce breui.
Ire foras metuo sine defensore: malignos
Aetas, ut nosti, procreat ista viros.
Qyod rectu est rident, quodq; est sine fraude doloq;
Contemnunt: fraudes infidiasq; probant.
Me precor ergo tui defendat nominis umbras
Te tutore nihil turba maligna potest.
Qyod rectu est queris, quodq; est sine fraude doloq;
Commendasz fraudes infidiasq; fugis.
Tu priscum sequeris propria uirtute Leonem,
Et meritis auges stemmata clara tuis.
Tu facis, ut Morium uigeat pietatis amite
Semen agris, prisa ex Religionis honor.
Te uno respirat iactata Astraea patrono,
Teg; colit probitas, improbitasq; timet.
Te fautor foras prodibo latus, ut omnis
Nomen Aui discat famina uirg; tui.
Te Deus incolumem Pylios conservet in annos,
Et uehat in superas post pia fata domos.

AD GENEROSVM AD⁷
LESCENTEM AC DOMINVM,
Dominum Maximilianum Leonem,
Illustris ac Magnifici Domini,
Dñi Zdenco Leonis Capitas
nei &c. primogenitum.

(nove es.)
Nomen babes clarum, clarus quoq; patris ho-
Clarus anis, atavis Maximiliane tuis.
Et mage clarus eris si rem cum nomine iunges:
In te si virtus prisca Leonis erit.
Que fuerit pietas, prisci quod stemma Leonis,
Testis Praga potens, testis et iste liber.
Regina frater, fidei defensor, et equi,
Rebus in aduersis, ut leo, fortis erat.
Quem latet illustris probitas uirtusq; parentis,
Concessu procerum, qui loca prima tenet?
Fortis in afflictis, prudens in sorte secunda,
Numinis, et prisca religionis amans.
Ergo tuos imitare atavos, imitare parentem,
Et meritis orna stemmata prisca nouis.

**AD GENEROSVM ADO-
LESCENTEM AC DOMINVM,
Dominū Ioannem Leonem, Illustris
ac Magnifici Domini, Domini
supranominati Capitanei &c.
secundum filium.**

TV quoq; Ioannes, sanguis generose Leonis,
Cuius in ingenuo pectore candor inest.
Illustri ne sis contentus stirpe parentum,
Sed propria studeas querere laude decus.
Te patria sp̄ondent sp̄em pr̄æsidiumq; ruentis,
Mens proba, pura fides, iudiciumq; sagax.
Christe diu serua hunc puerum, ex virtutibus ange,
Vi fugel exemplo crimina cuncta suo.

**AD GENEROSVM ADDO
LESCENTEM AC DOMINVM.
Dominum Zdenco Leonem, eiusdē
Magnifici Domini, Domini Cas-
pitanei, &c. minimum natu-
filiū.**

Tv quoq; parue puer Zdeneo dulcissime cresce:
Et reliquis aeo, haud nobilitate minor.
Et nisi ueridice fallunt oracula Musæ,
Germanis cedes laudis honore nibil.
Indolis excelsæ uis fese prodit apertis
Natura indicijs: paruale cresce Leo.

AD GENEROSVM ADO,
LESCENTEM AC DOMINVM,
Dominū Ioannem VVilhelnum ex
Zelting filium secundē vxoris Ius-
tinæ, Illustris ac Magnifici D.
Domini supremi Cas-
pitanei, &c.

Restat Ioannes VVilhelmus gloria Stirpis
Ex Zelting, patrij lausq; decusq; soli.
Nobilis hunc genuit coniunx Iustina Leonis,
Heu nimium citò quam linda parca tulit.
Non minus ac propriam sobolem complectitur istum
Iure Leo, titulis condecoratq; suis.
Dignus es æterna iuuenis clarissime laude,
Dignus quem foueat numen, ametq; Leo.
Que Natura potens, et que Fortuna benigna
Divisim tribuit pluribus, unus habes.
In tenero si tanta riget sapientia corde,
In te grandæuo quanta futura uiro est?
Vine diu foelix iuuenis formose, tuisq;
Dolibus æternum nomen in astra feras.

PRAEFA- TIO.



VRIVM humanae
rum consuetudo semper
prompta sedulitate ad audiendū
res ignotas parata est, præser-
tim ex longinquis & varijs re-
gionibus allatas, que ab homi-
nibus ad delectandas & reficiendas mentes legentium,
describi consueverunt. Iis de causis & hic liber con-
scriptus est. Precipue, quemadmodum uiri principes
alijq; excelsa & nobili loco nati, diuersa terras
rum & maris loca peragrando, in certa corporis via
etq; discrimina sese immittant: quod quidem illis,
qui talia experiuntur, notissimum est. Id autem ab
illis has fermè ob causas fit: Nempe, quidam gloriae
cupiditate stimulati, ut ea ratione nominis sui famam
propagent, certioremq; militie scientiam assequeantur,
eiusmodi labores suscipiunt: quidam, pio uita
instituto, & loca sacra, reliquias, sepulchraq; san-
ctorum uisendi studio adducti, peregrinationum peri-
cula subeunt: quidam uero utroq; proposito id faci-
unt. Verum Deus omnipotens suos in talibus peri-
culis tuctur, & pro uoluntate sua conseruat, saluosq;
& incolumes ad patrios penates remittit. Sicut etia-
m his temporibus in Regno Bohemicā anno Millesi-

B

LITERÆ FRIDERICI

mo quadringentesimo sexagesimo quinto euenit In
cylto & Generoso Domino, D. Leoni à Rozmital
& Blatna, tunc temporis Supremo Regni Bohemiae
Iudici, fratri germano Illustrissima Bohemia Regis
ne Ioanne, coniugis Georgij Regis. Qui utroq;
propositio, itinere suscepto, & feliciter confecto, sal-
lus, & multarum rerum experientia locupletatus, in
patriam rediit. Cuius iter nunc describere exordies-
mur, postis primū literis commendatilijs datis ab
Imperatore & Regina Bohemiae.

LITERÆ FRIDERICI Imperatoris.



R I D E R I C V S
Diuina fauente clemē-
tia Romanorum Im-
perator semper Aus-
gustus, Hungariæ,
Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, ac
Austriæ, Stiria, Carinthia & Car-
niolæ Dux, Comesq; Tirolis, &c.
Vniuersis & singulis Regibus fratri-
bus nostris charissimis, Salutē & fra-
terni amoris continuum incrementū,

Necnon Principibus Ecclesiasticis et
Sæcularibus, Ducibus, Marchionis-
bus, Comitibus, Baronibus, Nobis-
libus, Clientibus, Officialibus qui
buscunq; Capitaneis, Burggraujs,
Vicarijs generalibus, Potestatibus,
Ancianis, Gubernatoribus, Præsidij-
bus, Iudicibus, Telonearjjs, Tribu-
tarjjs, Boletarjjs, paſſuum Custodi-
bus, Ciuitatum, Oppidorum, Villa-
rum et locorum Communitatibus ac
Rectoribus eorundem, cæterisq; no-
stris dilectis, cuiuscunq; dignitatis,
præminentiae, status, gradus seu co-
ditionis fuerint, tam in Imperio sacro,
quam alibi vbiq; constitutis, ad
quos præsentes peruererint, Gratiam
nostram Cæfaream et omne bonum:
Serenissimi, Venerabiles, Illustres,
Magnifici, Nobiles, Circumspecti, fi-
deles, dilecti: Quia Nobilis Leo de-

B ij

LITERÆ FRIDERICI

Rosmital, & Blatna familiaris noster,
& Imperij sacri fidelis dilectus, maiori
ris experientiae gratia, & ut ex moribus
diuersorum regnorum meliorem
vitæ frugem, probatioremq; militas
rem normam sibi comparare valeat,
ad diuersa Imperij sacri loca & Regna
proficiisci conatur. Nos autem hoc
suum militare institutum magnoperè
probantes, & cupientes memoratum
Leonem in sui progressu itineris ples
na securitate gaudere, vobis ipsum
sincero recommendamus affectu, vos
exhortantes, nostris verò ac Sacri
Romani Imperij & terrarum nostra
rum subditis districtè præcipientes
mandamus, quatenus, cum eundem
Leonem ad vos, terras vestras, &
loca declinare contigerit, in huius
modi eius transitu, nostræ conside
rationis intuitu, recommissum susci

IMPERATORIS. 11

pere, fauorabiliter tractare, atq; in
his, quæ securitatem & celeritatem
sui concernunt itineris, promotiuam
& gratuitam velitis ostendere & ex-
hibere voluntatem, Ipsumq; vnâ cum
familia, equis, rebus & bonis suis
uniuersis per quoscunq; passus, por-
tus, pontes, terras, regna, dominia,
districtus, ciuitates, oppida, castra, cas-
stella, villas, & quælibet alia nostræ
& vestræ iurisdictionis loca, tam per
terram, quam per aquas absq; aliqua
solutione Telonij, Pedagij, Pontis
uegij, Gabellæ, Gustumæ, siue alterius
us cuiuscunq; exactiōnis onere, im-
pedimento & molestia quibusuis se-
motis transire, stare, morari, et redire
securè et liberè permittatis & permitti
faciatis, sibi, familiæ, equis, & rebus
suis, dum & vbi opus fuerit, atq; pro
parte ipsorum desuper adhortati fues-

B ij

LITERÆ REGINÆ
ritis, & requisiti de seculo & saluo
conductu prouidentes Cæsareæ nos-
stræ Maiestati ad complacentiam ho-
norem & reuerentiam singularem.

Datum in Noua ciuitate die Septima
Mensis Septembris. Anno Domini
Millesimo Quadragesimo Sexa-
gesimo quinto. Regnum nostro-
rum, Romani vicesimo sexto, Impes-
tij Quartodecimo, Hungariæ verò
Septimo,

Ad mandatum Domini Impes-
ratoris Vdalricus Episcopus
Patauiensis Cancellarius.

LITERÆ REGINÆ
Bohemiarum.



JOHANNA Dei
Gratia Regina Bohemiarum, Marchio Moraviae, Lucemburgensis

& Silesiæ Ducissa, ac Lusatiaæ Marschio, &c. Vniuersis et singulis serenisissimis Regibus fratribus nostris, Salutem et omnis boni incrementum, et Reuerendissimis ac Reuerendis, nec non Illustribus, Ecclesiasticis et secularibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Lantgraujs, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, Militibus, Clientib⁹, Capitaneis, Postestatibus, Gubernatoribus, Præsidibus, Telonearjs, Tributarijs, Iudicibus cuiuscunq^b status, dignitatis aut præminentiae existant, castrorum, ciuitatum, castellarum, oppidorum, villarum et locorum Communitatis et Rectorib⁹ eorundem, ad quos præsentes nostræ literæ peruenient, vel qui præsentibus fuerint requisiti, amicis nobis sincerè dilectis Salutem et omne bonum; Subditis autem nos

B iiiij

LITERÆ REGINÆ

stris gratiam regiam et omne bonū.
Serenissimi, Reuerendissimi, Reues
rendi, Illustres, Magnifici, Spectabi-
les, Nobiles, Strenui, Circumspecti,
Prouidi, fratres, amici, et fideles di-
lecti: Quia Magnificus & Generos-
sus Leo de Rosental & de Blatna,
GERMANVS noster sinceris
mē dilectus præsentium ostensor, dis-
uersas mundi partes, regna, principa-
tus, terras, dominia, Iurisdictiones,
& districtus, gratia exercitij militaris
proposuit visitare, vt sic consideratis
multifarijs generibus morum, et mo-
ribus generum, melius commodum
& vitæ suæ utilitatem diligere, et pro-
batiorem militiæ experientiam nanci-
sci valeat & possit. Quanquam
illud suum laudabile propositum par-
te ex vna lætanter accepimus, speran-
tes, quia cunctipotens, qui pugillo suo

totam machinam mundi continet, & omnia verbo virtutis suæ solidantur, incolumem atq; sanum ad nos redire faciet, & prosperè gubernabit: Verum tamen ex altera parte singultosa suspiria emittere non cessamus, tanq; de nostri proprij sanguinis resolutio ne condolentes. Sed quid faciendū & Deo committendum, et ad prospera fortunæ fata continuè clamitandum, ut id suum laudisōnum propositum bono principio, meliori medio, et opūmo fine terminetur. Cupientes itaq;, vt, vbi cunctq; locorum cum eo, velut cum cōuterino nostro prædilecto, quem non minus velut nos metas ipsas diligimus, amicabiliter & benevolentè agatur, vt sic plena securitate fruatur & gaudeat, Vniuersitati vestræ ipsum omni ea, qua possumus, diligētia recommendamus, istis nostris li-

B v

LITERÆ REGINÆ

teris, vos & quemlibet vestrum rogatos esse volentes: Subditis autem terrarum nostrarum seriosè mandantes præcipimus: Quatenus præfatum Fratrem nostrum dilectissimum, dum ad vos peruererit, gratae suscipere, fauorabiliter tractare, ac in his, quæ celeritatem & securitatem ipsius concernunt itineris, tam per terram, quam per aquam promotiuam & gratuitam velitis & debeat is ostendere voluntatem. Nec non ipsum cum comitiua & famulis, equis, valisjs, arnesjs, & alijs rebus suis singulis, per quos cunctis passus, portus, pontes, terras, dominia, districtus, iurisdictiones, ciuitates, oppida, castra, villas, & quælibet alia loca vestra, sine aliquo solutione, dacij, pedagij, gabellæ, pontanagij, tributi, & alio quovis solutionis onere, omnijs prorsus impedit.

dimento procul moto, transire, stare,
 morari, et redire liberè permittatis,
 sibi & suis dum opus fuérit de secu-
 ro & saluo prouideatis conductu,
 Gratissimam nobis in hoc et magnam
 complacentiam facientes. Eò, quòd
 omnem promotionis et fauoris affe-
 ctum, quem eidem fratri nostro cor-
 dintime dilecto, modo quocunq; fer-
 ceritis, omnia reputabimus nobis fo-
 refacta ; Pro quibus etiam vnicuiq;
 vestrum, duce Deo, grata et maiori
 vicissitudine gliscimus remereri. Da-
 tum Pragæ die X. Nouembris, An-
 no Domini M. CCCC. LXV.
 Regni nostri Anno Quinto.

Ad mandatum proprium
 Dominæ Reginæ.

INCIPIT ITER DO-
 mini Leonis.

ITER DOMINI



Nro redemptionis nos
lrae M. CCCC. LXV. die
nsequenti festum diuæ Catharinæ
virginis, Dominus Leo profectus
est, primamq; noctem egit Pilsne,
ibiq; cum omnibus comitibus delicta sua confessus est.
Secunda nocte mansimus Teplæ in Cænobio, inde pro-
gressi sumus Egram, atq; ibi per noctem substitutus.
Egra Neustadium, inde Paierre:stum, id oppidum est
ditionis Marchionis Brandenburgensis, in Voilandia
stum: Paierreuto, Greuenbergā, Greuenberga Nori-
bergam peruentum est. Noribergæ duos dies commo-
rati sumus, & has sanctorum reliquias spectauimus.
Primò monstratum est nobis præsepe, in quo Genitrix
Dei infantem Iesum posuerat: deinde cubitus S. Annae
& dens S. Ioannis Baptiste, item frustulum ligni de
sancta cruce, in qua Christus crucifixus fuerat, &
clavis dextræ manus, quo idem cruci affixus erat. Po-
stea ostendebatur nobis gladius Divi Mauritiij, itemq;
alius ensis Divi Caroli Imperatoris, qui ipsi cœlitus à
Deo datus esse dicitur, ut eo aduersus hostes suos Elba-
nicos uteretur, eiusdemq; calcaria, ocrea, calcei. Vi-
dimus deinde catenas Sanctorum Petri & Pauli, qui
pro nomine Dei paſsi sunt. Deinceps consperimus
lanceam, qua diuinū latus Christi transuerberatū fue-
rat. Super eam sacerdotes annulos nostros ponebant,
ut, qui dolore uel punctione lateris infestarentur, pres-
sens ex certum apud se remedium haberent. Preter

ea multæ alia sanctorum reliquie Domino comitiis
busq; eius monstrabantur, quæ hoc loco assignatae non
sunt. Deinde à Noribergensibus Domino, tormenta,
bombardas, aliumq; apparatum bellicum inspici-
endi copia facta est, quibus rebus, si ulla alia, maxi-
mè illa ciuitas abundat, ibiq; Dominus comiter ex-
benigne habitus est. Noriberga Hailsbrunam de-
uenitum est, id est Monasterium Marchionis ditione
subiectum. In eo Monasterio, inter Missæ adminis-
trationem, sanguis Domini non elevatur, quam ob-
causam id fiat, non habeo compertum. Hailsbruna
profeci Onspachium peruenimus, ubi Marchionis
regia est, in eo loco per biduum substitutus. Ibiq; D.
Ioannes Zebrouiensis cum Miroffio concurrit, quo-
rum uerq; mutuo iectu de equo delapsus est. Frode-
narus autem cum ministro quodam Marchionis con-
gressus est: sed ambo in equis permansere: Specta-
bat id Coniunctus Marchionis cum virginibus, illustri-
bus, & nobilibus suis, aliaq; horumnum multitudine.
Finito spectaculo, Marchio Dominum manu appre-
hensum in arcem cum reliquis comitibus deduxit, ibi q;
eum honorificè tractauit, choreis, alijsq; ludis & spe-
ctaculis exhibitis.

LITERÆ MARCHIO- nis Brandenburgensis.

LITERÆ MARCHIONIS



NIVERSIS ET
singulis Regib⁹, Principibus, tām Spiritua-
libus, quām Sæcularis
bus, Ducibus, Mars-
chionibus, Comitibus, Baronibus,
Proceribus, Nobilibus, Militibus,
Clientibus, Rectoribus, Potestatibus,
Vicarijs, Officialibus, Iudicibus, et
Universitatibus, Communictatum, Op-
pidorum, Villarum, necnon cæteris
ad quos presentes nostræ literæ per-
uenerint. ALBERTVS Dei
gratia Marchio Brandenburgensis,
et Burggrauius Nurebergensis, &c.
Cum prōptitudine famulandi, com-
placendi, voluntatem, affectum since-
rum, Salutem et omne bonum. Ses-
renissimi, Illustres, Praeclari, Mag-
nifici, Generosi, Nobiles et famosi,
Domini et amici charissimi, cæteri

BRANDENBURGENSIS.

quoque sanct sincere dilecti. Quia nobilis Leo de Rosmatal & de Blatna nobis precipue dilect^{us}, maioris experientiae gratia, et, vt ex moribus diuersorum regnum, meliorem vitae frugem, probatioremque militarem normam sis bi comparare valeat, ad diuersa Imperij sacri loca, et regna proficisci co natur. Nos hoc suum militare insti tutu magnoperè probantes, et cupientes memoratu Leonem in sui progressu itineris plena securitate gaude re, vobis ipsum sincero recommen damus affectu. Serenitates, dilectiones, et amicitias vestras, ac quemlibet vestrum affectuosè exhortantes: Nostris verò subditis districte principiendo mandamus: quatenus cum eundem Leonem ad vos, terras vestras, et loca declinare contigerit, in huiusmodi suo transitu, nostræ cons

LITERÆ MAR: BRANDEN:
templationis intuitu recommissum suis
scipere, fauorabiliter tractare, atq; in
his, quæ securitatem et celestiatem sui
concernunt itineris promotiuam et
gratuitam velitis ostendere et exhibe-
re voluntatem. Ipsumq; vnâ cum fa-
milia, equis, rebus, et bonis suis vni-
uersis per quoscunq; passus, portus,
pontes, terras, regna, dominia, dis-
trictus, ciuitates, oppida, castra, cas-
stella, villas & quælibet alia vestræ
iurisdictionis loca, tam per terram,
quam per aquas, absq; aliqua soluti-
one telonij, pedagij, pontiuegij, ga-
bellæ, gustumæ, siue alterius cuius-
cunq; exactionis onere, impedimen-
to, & molestia, quibusuis semotis,
transire, stare, morari & redire, secu-
rè & liberè permittatis & permitti fa-
ciatis, sibi, familiæ, equis, rebus suis,
dum et opus fuerit, atq; pro parte ip-
forum

ITER DOMINI

17.

sorum desuper adhortati fueritis, &
 requisiti de seculo & saluo conductu
 prouidendo. In quo nobis gratam
 exhibebitis complacentiam, erga vos
 & vestrum quemlibet loco & tempore
 se offerentibus, per nos deseruiens
 dam, ac paratis voluntatibus semper
 promerendam. Datum ex castro no-
 stro Onolczpach, subpresso nostro
 Sigillo. Decima die Mensis Decem-
 bris. Anno à Natiuitate Domini
 M[•] CCCC. LXV.

¶ Onspachio digredi, per nocturnus Feituonij,
 post Halam peruenimus. Ea est urbs Imperialis, in
 qua Sal ex aqua coquitur. Puteus est in ea urbe, ex
 quo uiginti quatuor urnis aquæ bauriuntur, que tā
 diu coquuntur, quoad condensentur, & ita Sal fiat.
 Hanc urbem præterlabitur Necarus amnis. Ab Hale-
 miliari uno distat Arx à Cacodæmonibus inhabita-
 ta, qui neminem in ea diuersari patiuntur. Inde per-
 uenimus Valdenbergam oppidum, cui arx, in excels
 so monte sita imminet. Hinc Neustadij noctem egia-
 mus, quod item oppidum est arci iunctum, ubi Cos-
 mes quidam domicilium suum habet. Inde uenimus

C

LEONIS.

Otingā, & hac urbs est cum arce, Comitis eiusdem.
Otinga processimus Aystadium, que urbs etiam est
dicto Comiti subiecta. Aystadio, salvo conductu
Comitis Sulmam processimus. imperialis hac est ci-
uitas arcis subiecta. Deinde per nocte clauimus Halbrun-
ne, et hac est Imperij civitas, in patenti loco sita, &
flumine Neccaro irrigatur. Circa urbem horri sunt
pulchri, & prata amena. Hinc attigimus Vimpbā,
Imperij urbem & magnam. Vimpba uenimus Cro-
nam: pagus est, quatuor milliaribus ab Heidelbergā
distans. Heidelbergae inuenimus Palatinum Rhenū.
Ibi Dominus exulit signum cum suis comitibus, cu-
piens in eius aula equestribus ludis exerceri. Sed po-
ste aquam eō uentum est, connenerant nos in diuerso=
rio consiliarij Palatini qui dominum suum domo ab-
esse dicebant: cur cum abnegauerint, non habeo com-
pertum. Supra eam urbem sunt due arces, altera no-
ua, altera ueteris nomine appellata, bac, ut plurimū,
Palatinus ipse incolere consuevit.

LITERÆ FRIDERICI

Comitis Palatini Rhenensis.



NIVERSIS ET
singulis Regib⁹, Princi-
cipibus, tam Spiritua-
libus, quam Sæculari-
bus, Ducibus, Mar-

7

LITERÆ FRIDER: COMIT: 18.
thionibus, Comitibus, Baronibus,
Proceribus, Nobilibus, Militibus,
Clientibus, Rectoribus, Potestatibus,
Capitanis, Vicarijs, Officialibus, lu-
dicibus, et Vniuersitatibus, Comuni-
tatum, Oppidorum, Villarum, cæteris
risēs personis Ecclesiasticis & mun-
danis quibuscunqz eminentiæ status
uel conditionis fuerint uel nominibus
censeantur, & ad quos præsentes no-
stræ literæ peruererint. - FRIDE-
RICVS Dei gratia Comes Palatis-
nus Rheni, Sacri Romani Imperij ar-
chidapifer, Princeps Elector, Bauas-
riæ Dux, Salutem in Domino: Seres
nissimi, Illustres, Præclari, Magnifici,
Generosi, Nobiles & famosi, Domini-
ni et amici charissimi, cæteri quoqz sin-
cerè dilecti. Quia nobilis Leo de Ro-
smital et de Blatna nobis præcipue di-
lect⁹, experientiæ maioris gratia, tūm,

C ij

PALATINI RHENENSIS.

ut meliorem uitæ frugem, tūm, ut probatiorem sibi militarem normam, nobileq; eius exercitium diuersorū regnorum ē moribus comparare valeat, Imperij sacri loca, et ad regna diuersa proficiisci conatur. Nos hoc suū militare institutum magnoperè laudantes, cupientes quoq; memoratū Leonem in sui progressu itineris securitate plena gaudere, vobis omnibus & singulis eundem Leonem sincero recomendamus affectu: Serenitates, Dilectiones, et Amicitias vestras, ac quē libet vestrum affectuosè exhortantes: Nostris verò subditis distictè praecipiendo mandamus: quatenus, cùm eundem Leonem ad vos, terras vestras, et loca declinare contigerit, in huiusmodi suo transitu, nostræ contemplationis intuitu, recommissum suscipere, fauorabiliter tractare, atq; in

LITERÆ FRIDERICI COMITIS 19.

his, quæ securitatem & celeritatem sui concernunt itineris, promotiām & gratam velitis ostendere & exhibere voluntatem. Ipsūmque unā cum familiā, equis, rebus, & bonis suis quibuscunq̄, per quoscunq̄ passus, portus, pontes, terras, regna, dominia, distractus, ciuitates, oppida, castra, vilas, & quælibet alia vestræ iurisdictionis loca, tam per terram, quam per aquas, absq̄ aliqua solutione telonij, pedagij, pontiuegij, gabellæ, siue alterius cuiuscunq̄ exactionis onere, impedimento & molestia, quibus uis semotis, transire, stare, morari, et redire securè & liberè permittatis, & permitti faciatis, sibi, familiæ, equis, & rebus suis, dum & opus fuerit, atque pro parte ipsorum desuper adhortati fueritis & requisiti, de securo & saluo conductu prouideri. In quo nobis

C. ij

PALATINI RHENENSIS.

gratam exhibebitis complacentiam,
erga vos & vestrum quemlibet loco
& tempore se offerentibus per nos
sincerè recompensandam. Et in præ-
missorū testimonium has nostras lite-
ras fecimus sigilli nostri appensione
communiri. Datum Heydelberg cis-
uitate nostra, Vicesima mensis Decem-
bris. Anno M. CCCC. LXV.

¶ Heidelberga digredi noctem egimus Bensbaiae
mij, post Francofurti. Hac est Ciuitas Imperialis
ampla & opulenta, eam preterfluit Menus fluuius,
qui supra Moguntiam Rheno miscetur. Eò perueni-
mus die precedēti natalitia Christi, atq; ibi usq; in diē
tertiam mansimus. Die tertia inuitatus est Dominus
à ciuib⁹ & mercatoribus in curiam. Namq; ibi cum
obseruant morem, si quis uir nobilitate clarus, pere-
grinandi causa eò peruererit, cum, ut in curiam inui-
tent. Vbi cibi & potus affatim præbent & apponunt;
potionesq; meliores inueniri non possunt, quam ibi.
Legibus suis cautum habent, ne pro totius diei esu &
potu amplius quā duodenos nummos accipiant. Tan-
tum & nos numerauimus. Francofurto profecti, Mo-
guntie sumus per noctem commorati: Hec urbs est
Episcopi Moguntini imperio subiecta: eius mania
Rhen⁹ omni lambuntur. Hinc statua per noctem hac

beimus Radischbemij, pagus est iuxta Rhenum sicut.
 Deinde Hradclopy, qui locus etiam Reno adiacet.
Hradclopio uenimus Neustadum, pagus est. Hinc
Trambubechium peruentum, oppidum est ex arx co-
 mitis cuiusdam, in ripa Rheni sicut. Postea subfir-
 timus Neustadij: Vrbi est Episcopi Treuirenſis diti-
 oni subiecta, ex ea ripa Reno imposta. Neustadio
 profecti Copelimi pernoctauimus Arx ei imminet
 iuxta Rhenum nomine Hilpenſtejn. Copelimo perue-
 nimus Hilpufelſtenum, urbs est ex arx, iuxta Rhenum
 posita. Inde pernoctauimus Confluenti & ciuitate Epis-
 copi Treuirenſis. Hanc urbem à parte una Mosella
 amnis irrigat, ob altera Reno, cui infra Urbem
 Mosella illabatur. In aduersa Reno ripa, contra ur-
 bem sunt duæ arcæ, etiam ditioni eiusdem Episcopi
 subiectæ. Confluentia concensis nauigij Conigſtenū
 peruenimus, arx est propter Rhenum sita. Hinc Me-
inum attigimus, ea quoq; arx est Reno imminens.

Meino digressi Englichij noctem egimus, urbs est ad
 Rhenum. Englichio uenimus Andernacum, arx est
 istidem ripa Reno imposta. Andernaco profecti
Hamerſtenij substitimus, ex is locus est ad Rhenum.
 Inde preterueti sumus Reinecium arcem, Ruburgam
 arcem, Linfum, Cronam, Starbergam arcem, Roma-
 chum oppidum, Sibenburgam (Syburg in mappa,) K.
Crackenburgam, Gutenspergam arcæ, Bonnam ur-
 bes, Radischbergam arcem. He omnes urbes ex ar-
 ces iam dictæ occurruunt Reno secundo petentibus
Coloniam, ubi tres Reges sepulii sunt, ex S. Ursula.

LEONIS.

cum suis virginibus socijs, Diuaq; Helena, que san=
 clam Crucem reperit, ex Hierosolimis sepulchrum
 extrui curauit, ea quoq; in eo templo, ubi tres Reges
 sepulti iacent, tumulata est. Coloniae occiduum fui=
 mus. Altera die monstrati sunt nobis tres Reges in
 Cathedrali Ecclesia, et corpus sancte Veronicae,
 aliaeq; reliquie complures. Tertia die ducti sumus in
 illud templum, in quo Sancta uirgo Vrsula sepulta est,
 cum undecim millibus virginum: Sacerdotes, a qui=
 bus et reliquie nobis monstrabantur, affirmabant, cum
 illis undecim millibus virginum, triginta sex millia a=
 liorum causa fuisse. Postea deducti sumus in sarcophagum
 quoddam, ibi singula reliquia, nomine quoq; suo,
 recensebantur. Primo ostendebatur nobis S. Vrsula,
 deinde Rex Anglia, cui sancta Vrsula despousata fue=rat, et pater materq; eiusdem Regis, quos Diana Vr=
 sula ad religionem Christianam converterat. Postea
 Aethyopissa quedam, Regis Etnici cuiusdam filia,
 et alia complura capita, capilli, crura, cubiti, que
 omnia singillatim recensere multi laboris esset. Die
 m. quarta famuli Domini concurrerent Coloniae: Iohannes
 Zehrouiensis cum Frodnaro, Tacelius a Crafenberge
 cum quodam ex familia Episcopi Colonensis: eorum
 in mutuo concurso nullus equo decidit. Ea die, qua haec
 spectacula edebantur, iussit Dominus illustres matro=
 nas, et puellas conuocari: conuenire magno nume=ro,
 siullo in loco, tum in eo conuinio multas conspe=xi.
 Conuinium uarijs ludis et choreis celebrabatur.
 Inter ea Matrone et puella Dominum aderunt, atq;

Episcopi nomine submissè orant, ut Dominus, Episcopi gratia, una cum suis comitibus choreas more patrio duceret. Domino annuente, choreasq; ducere incipiente, uiginti quatuor iuuenes singuli integris armis circumdati, facesq; manu tenentes præsulabat, hos armatos aliij Viginti quatuor precedebant, itipdem singuli faces manibus gerentes. Choreis peractis uaria Domino allata sunt aiborum ex potionum mensura. Deinde Dominus Comitesq; honorifice à pueris ex matronis, usq; in diuersorium deductus est. Colonia ab una parte Rheno fluvio alluitur, ab altera letam prospectat planitatem, estq; urbs satis ampliæ.

LITERÆ ROPERTI

Archiepiscopi Coloniensis.



Niuersis & singulis
Regibus, Principibus
tām Spiritualibus, quā
sæcularibus, Ducibus
Marchionibus, Co-
mitibus, Baronibus, Proceribus, Ne-
bilibus, Militibus, Clientibus, Rectos-
ribus, Potestatibus, Capitaneis, Vi-
caris, Officialibus, Iudicibus, & Vni-
uerfitatibus, communitatum, oppi-

c v

LITERÆ ROPERTI ARCHI-
dorum, villarum, cæterisq; personis.
Ecclesiasticis & mūdānis quibuscūq; eminentiæ, status, uel conditionis fu-
erint, vel nominibus censeantur, &
ad quos præsentes nostræ literæ de-
uenerint. ROPERTVS Dei
gratia Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ
electus & confirmatus, Sacri Imperij
princeps Elector, Vestphaliæ & An-
gariæ Dux, &c. Salutem in Domino:
Serenissimi, Illustres, Præclari, Mag-
nifici, Generosi, Nobiles & Famosi
Domini & Amici charissimi, cæteri
quoq; sincerè dilecti: Quia Nobilis
Leo de Rosmital & Blatna, præcipue
nobis dilectus, experientiæ maioris
gratia, cum, vt meliore vitæ frugem,
cum vt probatiorem sibi militarem
normam, nobileq; eius exercitium,
diuersorum regnum è moribus cō-
parare valeat, Imperij Sacri loca & ad

regna diuersa proficiisci conatur. Nos
hoc suum militare institutum magno,
perè laudantes: Cupientes quoq; mes-
moratū Leonem in sui progressu itis-
neris securitate plena gaudere, vobis
omnibus et singulis eundem Leonem
sincero recommendamus affectu. Ses-
renitates, dilectiones & amicitias ves-
tras, ac quemlibet vestrum affectuos
se exhortantes: Nostris verò subditis
districte præcipiendo mandamus:
Quatenus cum eundem Leonem ad
vos, terras vestras & loca declinare
contigerit, in huiusmodi suo transitu
nostræ contemplationis intuitu recōs-
missum suscipere, fauorabiliter tracta-
re, atq; in his, quæ securitatem & cele-
ritatem sui concernūt itineris, promoti-
tiuam & gratam velitis ostendere &
exhibere voluntatem, Ipsumq; vñā
cum familia, equis, rebus, & bonis sum-

LITERÆ ROPERTI ARCHI-
is quibuscunq; per quoscunq; passus,
portus, pontes, terras, regna, domi-
nia, districtus, ciuitates, oppida, ca-
stra, villas, & quælibet alia vestræ
Iurisdictionis loca, tam per terram,
quam per aquas, absq; aliqua solutio-
ne, Telonij, pedagi, pontiuegij,
gabellæ, siue alterius cuiuscunq; exas-
tionis onere, impedimento, & mos-
lestia, quibusuis semotis, transire, sta-
re, morari, & redire securè & liberè
permittatis & permitti faciatis, sibi, fa-
miliæ, equis, & rebus suis, dum & os-
pus fuerit, atq; pro parte ipsorum de-
super adhortati fueritis & requisiti, de-
securò & saluo conductu prouideri.
In quo nobis gratam exhibebitis com-
placentiam, erga uos & vestrum quæ-
libet loco et tempore se offerentibus,
per nos sincerè recompensandam. Et
in premissorum testimonium has no-

EPISCOPI COLONIEN: 23.
stras literas fecimus, signi nostri ap-
pensione communiri. Datum in Ci-
uitate nostra Colonienſi, VII. die
Januarij, Anno M. CCCC. LXVI.

¶ Colonia egressi noctem egimus Iuliaci, decem
inde milliaribus. Inde proceſſimus Aquisgranum,
quatuor milliaribus isthinc distantem Urbem. Ibi per
biduum statua habita. Eō ubi uentum erat, Dominus
à ciuib⁹ postulabat, ut ſibi reliquias sanctorum, quas
haberent oſtenderent: IIi inuitato Domino in curiam,
humanis eum uerbis compellabant dicentes: Se non
ſolum reliquias, quas cuperet, libenti animo oſtenſu-
ros, ſed etiam, quodcunq; ab ijs Dominus petiturus
eſſet, eius gratia, effectum datus. His tantummo-
do ſacris reliquijs exceptis, que recenſebuntur. Nāq;
illæ nulli unquam monſtrare ſe poſſe aiebant, niſi in
tra ſeptennium ſemel, aut ſi, Cæſare defunctio, aliud in
locum eius creatus, diadematis ſumendi gratia eī ſe
conferret. In illa etenim urbe Cæſar electus primo
omnium diadematē confirmatur, cui iſta reliquia,
que nominabuntur, eo tempore oſtendi ſolent. Nem-
pe, tria linteæ, quibus uirgo Maria Christum recens
natum inuoluerat. Subucula uirginis Mariæ, qua in-
duta erat cum Christum pareret. Idq; linteum, quo
Christus in cruce pendens uelatus fuerat. Iſq; pānus li-
neus, ſuper quō caput Diui Ioannis Baptiſtæ abſectū,
depoſitum fuerat. Has reliquias ſe monſtrare poſſe

ITER DOMINI

negabant : ceteras uero omnes nobis ostendere paratos esse, ex temploq; nobiscum progressi, has reliquias contemplari nobis permiserant. Primum, tres dentes S. Thome, S. Catharina dentem et crines, Genitricis Dei capillos, eiusdemq; Zonam, qua, uterum gestans, accincta erat, ea non est admodum lata, nec longa, confecta ex lana alba, cuius medium longitudinem intersecat linea nigra, Fibula annexa est illae nigra et bullae nigrae pice illite. Deinde Diui Caroli tubam, gladium, caput, et crus, diademag; quo Rex Romanorum redimitur. Item, catenam dini Pauli, et sanguinem Stephani Martyris, ossaq; eiusdem. Et eam arundinem, qua Christo in cruce pendenti postus porrigebatur, funiculumq; quo Christus columnae, cum flagris caderetur, alligatus erat. Vidimus etiam sepulchrum diui Caroli, Cingulum Domini Iesu, quo cinctus ambulabat, quod ex loro factum erat, bacne longum, sed non adeo latum, id aurea bullae consignatum erat : Diuum Carolum ab Ebnicis illud redemisse sacerdotes predicabant. Item frustum de sancta cruce, clavumq; quo pedes Christi ad crucem affixi fuerant. Et alias reliquias plurimas. Spectauimus item sepulchrum quoddam, cui excellentes quedam reliquiae inclusae sunt. Itidem monumentum, in quo S. Quirinus Romanus sepultus est, cum alijs Romanis. Illud est totum aureum, sesquialteram orgyam longum, et sesquialterum cubitum latum. Hec, quorum numentio facta est, vidimus Aquisgrani. Inde profecti nocte egimus in oppido Crerel nominato, a quo

non procul arx, Crazon appellata, sita est. Oppidum illud Comitis cuiusdam ditioni subiectum est. His in locis uidimus, quopacto cuniculos ueneniur, itclide mansueta. In qua cauerna cuniculus latitat, illam ingrediens itclis eum mordendo expellit: Venator autem reticulis circum extensis, cum cauerna egressum caput. Affirmatur ab incolis eius loci, una die quinqueagenos uel sexagenos capi posse, auxilio illius itclis. Quidam quidem non adeò à uero discrepare mihi nisum est, nam nobis presentibus aliquot à Venatore quodam capti sunt. Hinc Geldriam progressi sumus. Ea Vrbs principis cuiusdam imperio paree. Inde peruenimus in Vrbem, que uetus Geldria dicitur, ibi inuenimus Principem istius regionis. Nullaque usquam in loco huic peregrinationis, elegantes simul equos, conspicere nobis licuit, quam in stabulo principis illius. Ea tempestate, cum ibi diversaremur, princeps ille in custodia tenebat parentem propriam. Eius autem prouincia confinis est terris Duci Burgundie subiectis. Eodemque tempore Dux Burgundie cum Geldrio bellum gerebat, eiique denunciasse ferteur, ut parentem custodia emitteret, si nollet. id se effecturum, etiamque omnia sua bona in eam rem sibi impendenda essent. Per eam regionem difficilem transiit habuimus: nam ab utraq; parte fidem publicam nobis postulare necesse fuit, qua imperata uix tamen transiimus. Inde egredi in urbe Graffa pernoctauimus, quam Mosa flauius preterfluit. Vrbs sita est in campis patentibus loco palustri. Postea per noctem man-

ITER DOMINI

1. **M**us in urbe, que Buscumducis nuncupatur. Ultra
cam urbem incipitur Brabantia prouincia Ducis Bur-
gundiae. Buscumducis est urbs ampla, inter magnas
paludes, uel sinu maris, in plano posita, ad quam a
duabus tantum partibus accessus patet. Namq; illæ
paludes ab una parte duoru milliarium latitudine dis-
funduntur, ab altera longè latius. Ab eo latere, quæ
aque non sunt, per aliquot millaria iter est arenosum.
Circa Vrbem mole sunt, quæ uento agitantur, com-
plures. Deinde uenimus in pagum Bekium nomine,
qui amplitudine sua, oppidum aliquod equat. Hinc
in alium pagum progreſſi sumus Turnouth nomine, is
est magnus ex lapide constratus, in urbis similitudi-
nem: Hunc duo Iudices regunt. Aedēs in eo bene ex-
tructæ, omnesq; tegulis lapideis contextæ, atq; insu-
per quinq; templa uisuntur. Eò Dux Burgundie se-
pius uenationis causa secedere solet. Circa eum etenim
pagum sylue sunt ample, uariarum ferarum copia re-
ferte. Deinceps pernoctauimus in pago Niclashaim,
qui uidem satis amplus est. Hinc uenimus Liram,
urbs est, aggeribus altis circumuallata, ut nihil pe-
riculi à tormentis bellicis metuat. Nam præ altitudine
aggerum culmina teclorum uix confici queunt Quæ
in plano sita est, ex sinu maris lambitur. Inde Me-
chliniam peruentum, Vrbem amplam ex munitam, in
planicie sitam, quæ etiam mari alluitur. Per eam sex
horas aquæ fluunt, ex uicissim sex horas eam siccam
destituunt, exestante uel deficiente mari. Inde per-
uenimus Bruxellam, que quatuor milliaribus a Me=

tblinia distat: Ea est caput Brabantie: Ibi inuenimus
Dacem Burgundie. Altera die, postquam eō uentū
esset, ducti sumus in curiam, & omnia conclave eius
perlustrauimus. In ario quodam sunt excellentes piz
cture, si usquam ulla in loco inueniri possunt. Postea
ascendimus turrim eiusdem curie, ex eaq; totius ur= x
bis situm sp. et auimus. Nam turris est structura ele= -
gans, & insigni altitudine in auras prominens, cum
ipsa curia in umbilico urbis posita. vrbs ab altera
parte cliuo adiacet, ab altera in conualle sita est. In
ea dies complures commorati sumus. Eius Dux
filius tunc temporis Leodium urbem obſidione premeo= -
bat, famaq; erat, eum centum & quinquaginta homi= -
num milia sub signis habere. Ad eum misit Dominus
Heroldum Principis Senioris, qui denunciaret: Do= -
minum hoc iter, noticie & familiaritatis cum prin= -
cipibus uiris contrabenda, & militia exercenda stu= -
dio suscepisse. Cum igitur audiat eum esse principem
fortem & uictoriosum, bonisq; uiris beneuolum, atq;
insuper nunc hostes suos bello persequi: His de cauſis
se nunc Heroldum mittere, &. Si more militie voca= -
tus fuerit, propria impensa, cum suo comitatu ad eum
se conferre paratum esse. Id nuncium Dux admodum
propensiis auribus audiuit: Heroldumq; tale responsu= -
sum referre iubet: Eam denunciationem sibi gratissi= -
mam esse, & ex eo se perspicere, Dominum esse uirū -
excellentem, militiæq; gnarum, eiq; pro tam prom= -
pta uoluntatis ablatione gratias quam maximas age= -
re. Sed, ut ueniat, opus non esse. Hostes enim, qui

D

ITER DOMINI

aduersus se arma ceperant, uictos in diisionem suam
cessisse Porro orare, si fieri posset, ut sui honoris
gratia, paulisper prestolaretur, donec exercitum de-
duceret: Nam se cum Domino et comitatu eius notis
cie in eundem percupidum esse. Idecirco Dominus cum
Bruxellæ, ubi parens ipsius habitabat, octodecim dis-
es expectauit. Ad Ducem seniorem die demum octaua
admissus est: Qui missis ad Dominum in diuersorium
consiliarijs, cum ad se inuitauit: Ii Dominum humanis
uerbis, principis nomine exceperunt, a Dominoq; iti-
dem blanda responsa tulerunt. Postea Dominus ab il-
lis in arcem eius urbis deductus, cum aliquot Ducibus
mensæ accumbere iussus est, uidelicet, Cleuenst, Gelz-
drio, et cum tribus filijs notis Ducis Burgundie, et
Comitibus quibusdam: Sed Domino supremus locus
supra Duces concessus est, itidem eius comitatui, ses-
orsim apud aliam mensam locus præ alijs est attribu-
sus: Primum Domino honorifice ministrabatur, de-
inde et eius comitatui. A prædio deductus est Do-
minus ad seniorem Ducem Burgundie, qui ei in ter-
tium usq; conclave obuiam progressus est, apprehe-
saq; Domini manu, in proprium cum conclave dedu-
xit. Eo in loco, quo ad uisum est, cum Domino collo-
cutus, cum dimisi, rogans, ut sui honoris gratia ibi
aliquantis per commoraretur, donec filius suus, qui
hostibus bello uictis breui redditurus esse crederetur,
appelleret: Id se præstirum Dominus pollicitus est,
et aliud quodcumq; Dux iubisset. Tum Dux subiun-
xit: Cum filius noster domum reuersus fuerit, dabimus

operam, ut equestris ludi, more nostra regionis, edaz tur. Dominus respondit: Si Dux uellet, se etiam cū suis ministris consuetudine patriæ suæ decursurum. Eius uero rei percupidum se esse Dux dicebat, orabatq; ut id ficeret, quo etiam pugnam equestrem more Bobensis usitato, cognoscere posset. Tertia ab eo collo quio die, misit Dux Heroldum in diuersorum ad Dox minum, percontatum, an obuiam Ducis filio suo proficisci uellet: Nunciari enim, cum duo millaria tantum ab urbe abesse. Tum Dominus, cum suos quam magnificientissime ornatos esse iussisset, obuiam ei ad duo millaria processit. Ibi legiones eius, nobis obuias factas, uidimus, atq; item quales currus, qualiaq; armata, ex alia bellica instrumenta haberent, confpeximus. Cum quereremus ubi Princeps esset, non longe auctor falconem intentum abesse, respondebant. Nobis iam appropinquantibus, nunciatum est Ducis, cum Dominū, qui ad eum in castra miserit, si pugna instaret, se uenire uelle, adesse. His Dux auditis, auctor, ex alijs rebus posthabitis, celeriter Domino obuiam progressus est. Ut iam Dux in conspectu erat, Dominus quibusdam sibi ad latus equitantibꝫ, ab equo descendere nitebatur. Dux ea re uisa è longinquo, citato cursu ad Dominum unā cū comitatu ex tubicinibus aduolat, ex, ne id fiat, pbibet. Apprehensaque Domini manu scorsim è medio comitatu cum eo abequitat, neq; eū prius à latere suo dimittit, quā in ciuitatem uenitū esset. Iam nox aduentabat, ideo magna multitudo, Ducis obuiā cum facibus accensis magno ab urbe intervallo effusa erat: viaq;

D. ij

ITER DOMINI

continenti & nusquam interrupta, per totam ciuitatem luminum serie, usq; in arcem reucebat. Cum per urbem transiremus, multa & uaria edebantur ludorum spectacula. Idq; uerè affirmare possum, ad aliquot millia luminum tunc adfuisse. Postquam in arcem, ubi Dux senior habitabat, uentum esset, Dux descendens ex equo, & domino etiam descendere iusso, manu eū apprehensum ad principem seniorem deduxit. Qui in atrio quodam in sella, circa quam omnia undiq; panis auro intertextis, magnifice, ut aulam ducis decet, constrata erant, sedebat. Ad eum cum proprius accesserint, genua flexerunt. Sed princeps quasi aliò respiciens, id se uidere dissimulabat. Tum illi altera uite, nec tunc conspecti. Deinde tertio, cum genu inflexissent, demum Senior Princeps porrexit destrā filio, deinde quoq; Domino: Atq; ita utriq; manum tenens, medius eos in conclave propriam deduxit, per nouem alia conclavia, in quorum singulorum uestibulo, circiter centeni armati excubabant. An id semper fieri soleat, non satis exploratum habeo. De ea re quidem mihi percontati, relatum est: Nullo unquam tempore pauciores esse solere nocte dieq;. Si ita seres habet, affirmauerim nullum Christianum regem aulam tam splendidam & magnificam habere. Postero die Dux junior ludos equestres indici iussit, ut quis ijs exerceri uellet, in loco ijs assignato adesset. Cum conuenissent, spectauimus eorum in decurrente morem: qui concitatis equis, sepe interposta concurrunt; hastis utuntur admodum tenuibus. Qui carum

maximum numerum perfregerit, is uictorie laudem adipiscitur. Statimq; priusquam ex eo loco discedat, cuiusq; hyste perfracte recensentur. Eum autem, qui plurimas fregerit, magna hominum turba, ingenti clamore nomen eius ingeminans, ex uictoriā celestans, usq; ad diuersorium comitatur. His rebus per ratiis, tercia hora noctis misit Dux ad Ioannem Zebrouensem, ut aliquibus senioribus ex comitatu secum assumptis, qui lucta certare uellent, ad se ueniret, se singulis aduersarios daturum esse. Quapropter Do. Ioannes adiunctis, qui uist essent, in arcem ascendit. Postquam in illud atrium, ubi Dux erat, cum tribus Ducissis, Burgundica, Cleuenſt ex Geldria, alijsq; feminis ex virginibus nobilibus, uenimus: acceſſerūt ad Ioannem Zebrouensem ministri Ducis, eiq; deuinciarunt, ut ad certamen accinctus esset, aduersarios enim mox offore. Percunctante autem D. Ioanne, quo pacto certaturi essent, an nudi, uel in thoracis cibus: in thoracibus certamen inituros, more istius regionis, responderunt. Sed ea lege, ne infra cingulum, scilicet pedes, prebenderet, aliter licere, quocunq; modo uelit, aduersarium humi deponere. Nam ista consuetudo est, inquit, nostræ regionis, ut interioribus uestibus induatum, nempe thorace ex caligis, et siam matronis ex pueris quam plurimis presentibus, luctæ certamen ingredi nullum sit dedecus. Certamine inito, luctator ille nulla ex parte D. Ioanni aduersari poterat, ter enim prostratus est ab illo. Quæ res spectatores magno affectit miraculo. Predicabant enim,

D iii

ITER DOMINI

in omnibus Duciis Burgundie pronuncijs, nemine pa-
rem illi inueniri potuisse, à nulloq; homine ante illud
tempus eo certamine uictum fuisse: Ideoq; supra solis-
tum stipendium, quotannis quingentos aureos accepis-
se. Sed iam fortasse mercedem illam amitteret, cum ter-
uictus sit. Ab eo certamine, Dux D. Ioannem accer-
situm, thorace tantum, ut certauerat, amictum, alres-
ctans omnia eius membra, pedes, manus, corpusq; lo-
sum perlustrauit, demirabaturq; luctatorem suum ui-
ctum esse. Deinde ex D. Ioanne quæsivit, num virum
aliquem nobilem secum haberet? Comitem quendam
illustrem aduersariū illi abse datum iri. Habuit autem
D. Ioannes quendā tunc præsentem Keuardum nomine
is cum eo Comite luctatus, ter illum humi stravit. Pos-
sita accessit ad Principem Schaschco dicens: Illustriſ-
ſime Princeps, rogo, ut mihi celſtudo uestra aduersar-
rium aliquem attribuat, quem mihi parem iudicet.
Eo auditio, iuſſit Princeps acciri quendam, qui cum
eo luctaretur. Cum certamen aggressi eſſemus, primū
quidem illum prostravi: Sed cum, Duce iubente, al-
tera uice cum eo congrederet, adeò humi projectus
decidi, ut Demonem parere potuerim. Lucte certan-
tine peracto, curauit Dux adferri uinum, & Zaccas-
rum confectum, cuius tanta uis per pavimentū diſipas-
ta est, quanta uice aliquot aureis cōparari posset. Sed
mibi Ducissa eius effatim præbuerunt, ut agrè in di-
uersorium reuerterer, nam potus eram. Die illa In-
stamina inſequenti, Dominus cum Iohanne Zebro-
nienſ decurrit in aula Duciis Burgundie, adeoq; ar-

dentibus animis concurrerunt, ut Dominus bastam
 suam aduerso in pectore perfregerit. Neuter tamen
 ab eo ictu equo disturbatus est. Tum D. Ioannes Do-
 minum orabat, ut bastam suam feminarum illustrium,
 & virginum spectantium gratia, frangere liceret.
 Ad quod cum Dominus annuisset, concitato calcarin-
 bus equo, aduersus murum bastam dirigit, sub eam fec-
 nefram, qua Dux cum coniuge, & alijs Ducib[us] pro-
 spectabat, adeòq[ue] forliter murū hasta feriit, ut equus
 ex ictu in clunibus resideret. Interea accedentes quidā
 ex aulicis Ducis, perlustrabant num D. Ioannes alli-
 gatus fuisset, quod iam uehementi ictu ab equo delap-
 sus non esset. Tum uero ille secundo concitat equum,
 bastamq[ue] perfringit, nec tamen quicquā l[ea]sus est, quod
 ihs magna fuit miraculo: nam illi concurrere nō solent
 nisi sepe interiecta. Postea quotidie ad eum locū com-
 meabant plurimi, prædicabantq[ue] eū non esse ex eo gen-
 nere hominum, quod nunc in terris degeret prognatū,
 sed ex progenie antiquorum illorum Gigantum. Illo
 certamine finito, iussit Dux adferri arma illa, in quib[us]
 concurrerant, quærebantq[ue], num omnes in nostra
 regione, talibus, in his spectaculis, armis uerentur?
 addiditq[ue]: uos ea p[ro] ludo ducitis, sed nobis magna sunt
 admirationi. Si quis parricidiū admisisset, superflua
 esset pena, ut tali pugna exerceretur. Ita ludis pro tua
 uita, ac si uiuere nolles Decurrerunt enim in pectoras
 libus, quod ille nunquā uiderant. Post Domini certa-
 men, decurrerunt & ministri, Frodnaro cum Tacelio,
 uerg[us] in equa immotus permanxit, Certamine peracto

D iiiij

ITER DOMINI

Frodnarus saltu sese ab equo deiecit, ita armatus, nulis
h h lis stapedis innixus, spectante magna hominum multi-
tudine. Iis rebus omnibus peractis, Dux misit ad Do-
minum in diuersorū eumq; in thesaurarium suum de-
duci iussit, ibiq; omnes gemmas præciosas, uaria no-
mina fortitas, & uestes suas margaritis & gemmis
adornatas, in mensam exponi & monstrari curau-
nit. Mandauitq; consiliarijs, ut Dominum orarent,
ut quodcumq; placaret ex ihs Cenodij, que uideret,
ob Ducis sui honorem, auferret. Sed Dominus quic-
quam accipere noluit, & principi gratias ingentes as-
gere iussit, subiungens: Deus auerat, ut quippiam
accipiam. Nam buc cum meo comitatu donorum cas-
piendorum causa non ueni: sed uirtutis militaris exer-
cende gratia hoc iter suscepit, quod ad finem perdu-
cere in animo est, Deo auxiliatore: Pecunia & opes
parari facile possunt, sed nominis fama in perpetuum
duratura est. Eius consequendæ cogitatione semper
animus meus occupatus fuit. quā etiam, Deo uolente,
meum in sepulchrum deferam. Die decima octaua
ab aduentu nostro, Dominus Duce, ei ualedicturns,
adiit, & posteaquam gratias egisset pro eo honore,
qui sibi exhibitus esset, principem orauit, ut sibi Her-
oldum attribueret, quo tutius provincias eius pera-
grare posset. Ad hæc princeps: Exiguum, inquit, à
nobis amice munus postulas, flagita ampliora & præ-
stantiora, nullam repulsam feres: Attamen bac in re
quoq; quā poscis, libenti animo tibi gratificabimur.
Et nobis Herold^o, qui apud omnes Christianos Reges

aduersatus est, linguis septemdecim callebat, cum tibi
 tradere volumus, eisq; mandabimus, ut te fideliter de-
 ducat, usq; in patriam tuam, qui, si fidelis tibi prestis
 ta opera, ad nos reuersus fuerit, propitium nos erga
 se Dominum experietur. Huic, nobis presentibus, eas-
 dem uerba loquebatur, eademq; mandata dabat. Qui
 postea nobiscum in Bohemiam peruenit. Ea die, qua
 Dominus Duci ualedicebat, mirabile spectaculum
 conspeximus. Vinarium est Bruxellæ, arcis contiguus
 sum, in eoque piscina, cuius summum tum glacie obdu-
 sum fuit. Id uinarium Dux ministros suos aliquot
 ingredi iubet. Et super piscinam glacie concretam, de-
 pugnare illi, duodecimta erant, tanta agilitate
 pedites inter se depugnabant, ut me nunquam tam an-
 giles homines, uel uidisse, uel audiuisse affir-
 mare possem: Precipue unus eorum tanta agilitate
 prestat, ut sepiissime uiginti duos aduersus se pug-
 nantes solus sustinuerit. Tantaq; erat eorum in cursu
 uelocitas, et in conuertendo celeritas, ut nullius equi
 cursus eis equiparari posset. Cupidus eram explo-
 randi, quidnam pedibus supponerent, quod se tam ce-
 leriter in glacie conuertere possent: Nam magnum es-
 set miraculum si supra terram tanta in conuertendo
 celeritate uti quirent, quod quidem facile assiccatus fu-
 issem, sed à Domino, qui ex arce cum Duce ea spes-
 elabat, discedere non potui. Varias etiam feras in
 eodem uinario conspeximus. Secundum ea omnia Do-
 minus Duci Burgundie, et filio illius ualedixit. Adeo
 rant cum tres Bastardi eiusdem, qui in nostra regione

D v.

ITER D. LEONIS.

Spaurij appellantur. Ii in illis regionibus in nullo pro-
bro habentur, veluti apud nos: Namq; uidem illis ci-
bus & potus prægustatur, sicut filio Ducis legitimo.
Eam consuetudinem habent Reges & principes aliquæ
ut pellices in suis arcibus alant. Earum filijs, quot ex
eis sustulerint, uita incolumi ditiones aliquas attribu-
unt. Has eis, parte uita defuncto, filij iusti non edi-
munt. Si cui Principi cum aliqua tali Bastardo iur-
gium intercederet, & ad pugnam deueniret, is non
posset pugnam detrectare, dicendo Bastardum non esse
dignum, ut secum contenderet, quod esset nobis, cum
ipse sit ex legitimo matrimonio prognatus, nam eum
reijcere non potest, sed cogitur cum eo pugnare. In
ijs enim regionibus non se se uituperant & conuicjūs
lacerant, uti apud nos.

LITERÆ PHILIPRI Ducis Burgundiæ.



HILippus Dei gratia
Dux Burgundie, Lot-
haringiae, Brabantiae,
& Limburgiae, Co-
mes Flandriæ, Arthes
sñ, Burgundie, Palatinus Hannonie,
Hollandiae, Zelandiae & Namurci,

LITERÆ PHILIPPI DVC: BVR: 30.
Marchio Sacri Imperij, Dominus
Phrisiæ, Salinarum & Mechliniæ,
Vniuersis & singulis nostris locum-
tenantibus, Mareschallis, Admirala-
dis, Capitaneis et Conductoribus,
genium, armorum, balistiarorum et
lagittiarorum, et alijs guerras frequē-
tantibus, Gubernatoribus, Senes-
challis, Bailliis, Præpositis, Ampt-
mannis, Maioribus, Scultetis, Rea-
ctoribus, Capitaneis, & loca tenentis
bus principatum, patriarcharum, terrarū
iurisdictionumq; nostrarum, nec non
ciuitatum, oppidorum, castrorum,
fortaliorum, passagiorum, pontiū,
portuum, pedagiorum, districtuum,
et locorū quorumcunq; custodibus,
scabinis, iuratis, cæterisq; iusticiarījs,
officariījs, vasallis, seruitoribus, atq;
subditis, amicis, confæderatis ac bes-
nevolis nostris, et alijs quibusuis,

LITERÆ PHILIPPI

vbilis et constitutus, quibus præsentes
nostræ ostensæ fuerint litteræ, Salutē
et dilectionem. Quia Illustris atq; Ino-
cyltus Princeps, Domin⁹ Leo de Ros-
enthal, dominus de Fryenbergk &
comes de Platten, CONsanguineus
noster sincerè dilectus, hodie nobis
exponi fecit, & declarari, qualiter ipso
se causa deuotionis, terram promissio-
nis et specialiter, sanctum Sepulchrū
Dominicum Hierosolymitanum, &
tām illa, quæ Domini Saluatoris no-
stri Iesu Christi sacro Sanguine con-
spersa sunt, quām alia plurima citra et
ultra maria, in diuersis mundi regio-
nibus constituta, pia loca peregrē vi-
sitare proponat & intendat, vni-
ceq; peroptet etiam nostram videre
personam, & nostras uisitare patrias,
quarum oras iam attigerat, securum
a nobis pro se, suisq; comitibus ac fas-

mulis, transitum siue conductum pos-
tulando. Hinc est quod nos pium
nobilemq; animum dicti nostri Cons-
sanguinei in Domino commendâtes,
ac suæ petitioni liberaliter annuentes,
eidem Domino Leoni CONsanguineo
nostro, tam pro sua persona, quā
pro quadraginta alijs personis, de fa-
milia et comitiua sua, cuiuscunq; gra-
dus, status, ordinis, aut conditionis
existant: dummodo tamen nostri,
aut patriarcharum nostrarum inimici pu-
blici diffidati non fuerint, et pro totis
eis equis et quibusuis eorum bonis,
plenum, ualidum, et securum, harum
nostrarum serie literarum, damus et
concedimus, saluum conductum, hinc
ad vnum annum integrum, à Data
ipsarum proximè sequente duraturū.
Quapropter uobis nostris loca tenē-
tibus, officiarj, seruitoribus, vasal-

LITERÆ PHILIPPI

lis. ac subditis, & cuilibet vestrum dis-
trictè præcipimus & mandamus: alii
os uero requirimus et rogamus: Qua-
tenus prædictum Dominum Leonē
CONsanguineum nostrum, cum ex
causa supradicta penes vos, vel alios
quem vestrum applicuerit, tūm nobis
litatis tūmq; charitatis intuitu recom-
missum suscipiatis, ac fauorabiliter etio-
am nostri amore & contemplatione
tractetis, ipsumq; vnā cum dictis alijs
quadraginta personis de comitiua seu
familia sua, totidem equis, aut inferis-
us, in & per prouincias, patrias, ter-
ras, dominia, iurisdictiones, passus,
districtus, & loca, tam nostra, quam
vestra et vobis commissa, die noctuq;
per mare, per aquam dulcem, & ter-
ram, equestris, pedestres, aut nauis-
gio, curribus, & alijs vehiculis siue
vecturis, ire, pertransire, stare,

pernoctare, morari, ac inde reuertī,
& redire, vbi, quando, prout, &
quotiens sibi placuerit, vnā cum
equis eorum, literis, vestibus, vas-
ilijs, bulgjs, fardellis, auro, argen-
to, iocalibus, uecturis, & alijs rebus
suis quibuscunq; liberè, tutè, securè,
pacifice, pariter & quietè, faciatis ac-
permittatis, & quilibet vestrum faciat
& permittat, sine disturbio vel impe-
dimento quocunq; in corporibus, aut
in bonis eorum faciendo vel procu-
rando, & absq; alicuius Telonij,
Dacij, Pedagi, Gabellæ, Fundina-
uis, siue alterius debiti seu tributi so-
lutione vel exactione. Quinimo de
seculo conductu, guidis, uictualibus,
& similibus alijs rebus necessarijs,
eis prouideatis, seu faciatis per alios
prouideri, rationabilibus eorum sum-
pibus & expensis. Prouiso tamen,

LITERÆ PHILIPPI

quod dictus Dominus Leo Consanguineus noster, uel illi de comitiua seu familia sua pendentes termino supradicto, rem non faciant vel procurent, nobis nostris uè patrijs, ditionibus uel subditis fidelibus præiudiciabilem. Et si forte per aliquem de prædicta comitiua uel familia, sub numero huiusmodi comprehensum, contrarium fieri, et præsentem nostrum saluum conductum transgredi aut uiolari contigerit, infraactio illa uiolatoribus dum taxat præiudicari debebit. In præmissis igitur tantum facientes uos locum tenentes, officiarij, vasalli, seruitores, ac subditi nostri, quatenus de bona et prompta obedientia ueniat is meritò penes nos commendandi, et non de negligentia vel contemptu puniendi. Vos uero alij quanum pro vobis ac vestris cuperetis in simili causa nos

DVCIS BVRGVNDIÆ. 33.

su nos esse facturos, quod animo perso
libenti faceremus. Præsentibus, usq;
ad vnum annum, ut præfertur, à Da
ta ipsarum computando duntaxat, &
non amplius, in suo robore permane
suri. Datum in oppido nostro Bru
xellensi die XXI. mensis Ianuarij.
Anno Domini Milleſimo, quadrina
gentesimo Sexagesimo quinto.

Per Dominum Ducem.

Micenberch man. p. p. 4.

LITERÆ PHILIPPI

Ducis eiusdem.



HILippus Dei gratia
Dux Burgundie, Lot
haringiae, Brabantiae,
& Limburgiae, Co
mes Flandriæ, Arthe
sij, Burgundie, Palatinus Hannonie,
Hollandiae, Zelandiae & Namurci,
Marchio Sacri Imperij, Dominus

E

LITERÆ PHILIPPI
Frisiæ, Salinarum & Mechliniæ.
Vniuersis & singulis, Dominis Re-
gibus paratum & obsequiosum anis-
mum : Ducibꝫ, Marchionibus, Co-
mitibus, & alijs principibꝫ, charitas-
tem sinceram : Baronibus verò, mili-
tibus, scutiferis, & alijs nobilibꝫ, cō-
munitatibus, nec non patriarchum, ter-
rarum, & locorum dominis, bene-
uolentiam nostram : Connestabula-
rijs, Mareschallis, Admiraldis, Ca-
pitaneis, gentium, armorum, & alijs
guerram in terra uel mari frequentan-
tibus, Seneschallis, Bailliis, Præpo-
sitis, Scultetis, Maioribus, Scabinis,
Gubernatoribus, Rectoribus, Capi-
taneis, & loca tenentibus, oppidorū,
villarum, ciuitatum, castrorum, for-
caliciorum, pontium, poruum, distri-
ctuum & locorum custodibus, iustis-
ciarijs, officiarijs, subditis, amicis, cō-

DVCIS BVRGVNDIÆ. 34.
federatis & beneuolis Domini mei
Regis, atq; nostris vbiliter constitutis
ac cæteris omnibus, quibus nostre
præfentes ostensæ fuerint literæ, Dis
lectionem & salutem. Quia Illustris
& Magnificus Dominus Leo, domi
nus de Rosmital, alias de Blathna &
Frynnpergk de regno Bohemiæ, pris
dem apud nos descendens nobis ex
posuit, quod tum deuotionis & peres
grinationis causa, iūq; ut more Illus
trium nobiliumq; virorum, nobilitas
tes, proprietates, conditiones ac mos
res, diuersorum regnum, prouinciarum,
patriarum, principatuū, do
miniorū & locorum, scrutetur & co
gnoscatur; Imo uerius animum suūm in
actib; virtuosis amplius exerceat ad
diuersas tam remotas, quam propin
quas mudi regiones, ac partes trans
ferre se disponat, postulans etiam per

E ñ

LITERÆ PHILIPPI

patentes apices nostros commendari.
Cuius tam fauorabili petitioni, nobis
litatis intuitu, duximus non abnuens
dum. Ea propter nos, qui commen-
daticia, tām Imperialis Maiestatis, q̄b
aliorum Germaniæ nationis princi-
pum scripta, sui fauore suscepimus,
tūm aspectu personæ, tūm q̄b multo
plicium suarum experimento virtutū,
cōprobata, vos excellentissimos Do-
minos Reges obsecramus: Duces ves-
rò, Marchiones, Comites, aliosq̄b
Principes, rogamus: Cæterosq̄b om-
nes alios, & singulos hortamur & re-
quirimus: Nostris tamen vasallis,
seruitoribus, ac subditis, districtius
præcipientes pariter & mandantes:
Quatenus p̄fatum Dominum Leo-
nem, dum penes uos declinauerit, tum
nobilitatis intuitu, tumq̄b meritorum
suorum probatissimorum considera-

tione, ac nostri contemplatione & fao
 uore, recommissum suscipere & habeo
 re, fauorabiliterqz tractare. Nec non
 ipsum vnâ cum quadraginta personis
 proceribus & nobilibus, alijsqz fami
 liaribus suis, et de comitiua sua, & to
 tidem equis, aut inferius, & cum eos
 rum equis, literis, auro, argento, ba
 lisjs, bulgjs, fardellis, rebus & bonis
 quibusuis, ad eos pertinentibus, in et
 per regna vestra, per prouinciasqz,
 patrias, ditiones, iurisdictiones, ciui
 tates, districtus, passus & loca, tam
 vestra quam nostra, & alia etiam vo
 bis credita & commissa, vbilbet secu
 re pertransire, stare, pernoctare, mos
 rari, ac inde abire, reuerti & redire,
 permittere velitis saluos, tutos, pacis
 ficos, liberos, & quietos, in corporis
 bus, rebus, et bonis suis huiusmodi
 quibuscunqz, nocte dieqz, in terra

E ij

LITERÆ PHILIPPI

mariqz, vel fluuio, totiens quotiens,
ac vbi, quo, et prout eis accommo-
dum fuerit, vel videbitur expedire.
Cessantibus disturbio et impedimen-
to quibuscunqz, et absqz alicuius te-
lonij, dacij, pedagij, gabellæ, fundis
nauis, siue alterius debiti vel tributi so-
lutione, vel exactione. Quinimò de
securo & saluo conductu, guidis, vi-
ctualibus, & alijs rebus eis necessarijs,
sibi prouideatis, & faciatis per alios
quorum intererit prouideri. In præ-
missis facientes vos Domini Reges,
principes et alijs supradicti qdp uobis
& pro vestris in simili vel maiori casu
fieri per nos cuperetis, quod animo
vtiqz libenti faceremus. Vos verò
nostrí seruitores ac subditi, quatenus
de bona et prompta penes nos obe-
dientia, veniatis commendandi, et nō
de inobedientia puniendi. Præsentis

bus vſcꝝ ad vnum annum à die Das
tæ, ipsarum computando, duntaxat
et non amplius, in suo robore permā
suris. Datum in oppido nostro Bru
xellensi, die nona Mensis Februarij,
Anno Domini, Millesimo, quadrin
gentesimo, Sexagesimo Quinto.

Per Dominum Ducem.

Mleenberch ma pria.

LITERÆ CAROLI DE

Burgundia Comitis Cadralesij.



ARolus de Burgundia Comes Cadralesij
Castribæ, &c. ac Betshinnæ Dominus.

Vniuersis et singulis,
Dominis Regibus, paratum et obſſes
quiosum animum: Ducibus, Marchio
nibus, Comitibus et alijs, Principi
bus charitatem ſinceram: Baronibus
vero, militibus, ſcutiferis, et alijs noſ

E iiii

LITERÆ CAROLI
bilibus, communitatibusq; necnon
patriarum, terrarum et locorum do-
minis, benevolentiam nostram: Cons-
nestabularijs, Mareschallis, Admis-
traldis, Capitaneis, gentium, armorū,
et alijs guerram in terra et mari frequē-
tantibus, Seneschallis, Bailliis, Præ-
positis, Scultetis, Maioribus, Scabi-
nis, Gubernatoribus, Rectoribus,
Capitaneis, & loca tenentibus, oppi-
dorum, villarum, ciuitatum, castro-
rum, fortaliorum, pontiū, portuum,
districtuum, et locorum custodibus,
iusticiarijs, officiarijs, subditis, amicis,
confederatis ac benevolis Domini
mei regis, metuendissimi domini ges-
nitoris mei, atq; nostris vibilitet con-
stitutis, ac cæteris omnibus, quibus
nostræ præsentes ostensæ fuerint lite-
ræ, dilectionem et salutem. Quia Il-
lustris et Magnificus Dominus Leo

dominus de Rozmital alias de Blathē
na & Fynnpergk, de regno Bohē
miæ, pridem apud nos descendens,
nobis exposuit, quod tum deuotionis
& peregrinationis causa, tūc, vt more
illustrium nobiliumq; virorum, nobis
litates, proprietates, conditiones ac
mores diuersorum regnum, pro-
vinciarum, patriarcharum, principatum,
dominiorum, & locorum scrutetur &
cognoscatur, imō uerius animum suum
in actibus virtuosis amplius exerceat,
ad diuersas tam remotas, quam pro-
pinquas mundi regiones ac partes,
transferre se disponat, postulans etiā
per patentes apices nostros commen-
dari. Cuius tam fauorabili petitioni,
nobilitatis intuitu, duximus non ab-
nuendum. Ea propter nos, qui cō-
mendaticia, tam Imperialis Maiestas
tis, quam aliorum diuersorum Gers

E v

LITERÆ CAROLI

manię nationis Principum, scripta sui
fauore suscepimus, tum aspectu perso-
næ, tumq; multiplicium suarum ex-
perimento virtutum comprobata.

Vos excellentissimos Dominos Re-
ges obsecramus: Duces verò Mar-
chiones, Comites, aliosq; Principes,
rogamus: Cæterosq; omnes alios &
singulos hortamur & requirimus: Nostris tamen vasallis, seruitoribus,
ac subditis districtius præcipientes pa-
riter & mandantes: Quatenus præ-
fatum Dominum Leonem, dum pes-
nes vos declinauerit, tum nobilitatis
intuitu, tumq; meritorum suorum pro-
batissimorum consideratione, nostriq;
contemplatione & fauore recommissum
suscipere & habere, fauorabiliterq;
tractare. Nec non ipsum vna cum
quadraginta personis, proceribus &
nobilibus, alijsq; familiaribus suis &

de comitiua sua, & totidem equis, aut
inferius, & cum eorum equis, literis,
auro, argento, valis̄js, bulgijs, far-
dellis, rebus et bonis quibusuis ad eos
pertinentibus, in & per regna vestra,
per prouincias quoq; patrias, ditio-
nes, iurisdictiones, ciuitates, district⁹
passus & loca, tam vestra, quam nos-
stra & alia, etiam vobis credita, & co-
missa, vilibet venire, pertransire, sta-
re, pernoctare, morari, ac inde abire,
reuerti, & redire, permettere velitis,
saluos, tutos, pacificos, liberos, et
quietos, in corporibus, rebus et bo-
nis suis huiusmodi quibuscunq; nos-
tete dieq; in terra, mariq; vel fluvio,
totiens, quotiens, ac ubi, quo, et prout
eis accommodum fuerit, vel videbi-
tur expedire. Cessantibus disturbio et
impedimento quibuscunq;, et absq;
alicuius teloni, dacij, pedagij, gabel,

LITERÆ CAROLI DE BVRG:

læ, fundinauis, siue alterius debiti vel
tributi solutione vel exactione. Quin
imò de seculo et saluo conductu, quis
dis, victualibus, et alijs rebus eis ne
cessarijs sibi prouideatis, et faciat per
alios quorum intererit prouideri. In
præmissis facientes vos domini Reges
Principes, et alijs supradicti, quantum
pro vobis et pro vestris in simili vel
maiori casu fieri per nos cuperetis, qd
animo vtiq; libenti faceremus: Vos
verò nostri seruitores ac subditi
quatenus de bona et prompta penes
nos obedientia veniatis commendan-
di, et non de inobedientia puniendi.
Præsentibus usq; ad vnum annum à
die Date, ipsarum computando duns
taxat, et non amplius in suo robore
permāsuris. Datū in oppido Bruxel:
die X. Febru: Anno M. CCCC. LXV.
Per Domi: Comitem.

Schalebom. Mappria.

Bruxella à Duce Burgundie digredi Tenera-
mundā peruenimus, urbem quinq; milliaribus inde di-
stantem, Ducis Burgundie imperio subiectam. Ad eā
iter est palustre. Hinc Gandau pernoctauimus. Quae
urbs quinq; à Teneramunda milliaribus abest, atq;
itidem uia paludosa aditur. Ea est omnium urbiūns
Duci Burgundie subiectarum maxima & ualidissi-
ma. Fama tenet, si Ducis domino ipsorum opus esset,
eos quinquaginta millia armatorum, uel amplius con-
sicere posse: Vbris enim est amplissima, longitudine
nnius milliaris, latitudine paulo minori. Hec quoq;
paludibus maris adiacet. Peribent eam ter Ducis
Burgundie rebelloſe. Circa eam urbem magnus est
numerus molendinorum, que à uentis agitantur, quod
nullo usquam in loco mibi uidere contigit. Arbitror.
plus minus trecenta eſe. In arce Gandauenſt. uidiimus
coniugem Ducis Burgundie senioris. Gandauum au-
tem in Brabantia adhuc ſitum eſt, loco piano. Ab ea
urbe pagus quatuor milliaribus diſtat, qui Brabantia
am & Flandriam diſterminat. Brabantia nobis per-
grantibus percepit contigit, ut lignis & alijs ignis
alimentis careremus, quibus cibos coqueremus. Idecir-
co fimo bubulo eorum loco, atq; ceſpite uti cogebamur
quem in magnas ſtruſ compositum, in modum ligno-
rum quodammodo ſiccant. Habent quoq; in ijs locis
terram quandam, que flammam præbet, ſicut carbo-
nes, quibus fabri uti confuerunt. Ea enim loca, qua
traximus, ſyluis & lignis carent. Ideo illis rebus,
quas diximus, ad ignis alimentum utuntur. Ganda-

ITER DOMINI

profecti Brugas Flandrorum peruenimus. Eò iter est octo milliarum omnino palustre ex arenosum, usq; ad ipsa moenia. Quæ urbs itidem est ampla, pulchra, mercimonijsq; opulenta. Nam ex omnibus Christiani orbis prouincijs, ad eam, terra mariq; accessus patet. Ibi negotiatores ades habent peculiares amplissimas, in quibus multa sunt conclauia fornicata, eæ adiacent paludibus maris, quæ per urbem usq; ad illas ades difunduntur. Nam in ea urbe multæ sunt aquæ, pontibus constractæ circiter quingentis uiginti quinq;, et fama accepi, namq; egomet ipse eorum numerum non iniui. Brugas peruenimus octo diebus ante Bacchanalia, quæ ibidem celebrauimus, oblectantes nos uarijs ludis atq; choreis. In ea regione, praesertim Brugis, hæc est consuetudo, ut nouissimis diebus Bacchanaliorum, homines nobiles laruati ex personati incedant. In ea re quisq; quam ornatissimus esse contendit. Et quem colorem Dominus gestat, eodem ex ministri ipsius ornantur. Insuper laruas faciei obducunt, ne cognoscant, eòq; se conferunt, ubi choreæ et alia ludicra exercentur. Tam maximo tubarum clangore, tympanorumq; strepitu omnia personant. Et si quis amicam suam, quam ambit, ibi repererit, schedula tradita nomen illi suum aperit, sed nihil præterea cum illa colloquitur: qua lecta, quis sit, illa ex parte, nemo cognoscit. Deinde cum illa saltato. Saltatione peracta, ipsa cum eo uarijs ludorum generibus ludit, ad aliquot aureorum summam periculo facto, prout chiusq; res patitur. His discedentibus, alij cum

Hsdem ludis superueniunt. Atq; is omnium, diebus illis ultimis, labor est. Est ex alia consuetudo in Flans
 dria: Homines nobili & claro genere orti, non solent
 in pagis, sed in urbibus habitare: Ideo multifaria ob=
 lectamenta & delicias habent. Hinc Dunkercam pros= ss.
 ceſsimus, ea urbs est etiam Ducis Burgundiae ſubiecta.
 Tunc primum ad mare peruenimus, nam ea urbs in lit= tore ſita eſt. Hac tantoperē eſt munita, ut ei inter urs
 des Ducis Burgundiae, qui qualuordecim prouincias
 ſub imperio ſuo habet, nulla aquari bat in re queat.
 Nam undiq; aquis marinis circumdari polet, ut per
 duo milliaria ad eam acceſsus precludatur. Ab ea urs
 be, uentis ſecundis, ultra centum naues piftationis can= ſa emittuntur, quæ multam pifcium capiuram faciunt.
 Circa unam eius regionis ciuitatem, nusquam tantam
 leporum copiam conſperimus, quam opud eam. Po= ſter die ſpectauimus, qua ratione pifces eſca illis in
 ſiccō poſta caperentur. Eius rei hec eſt ratio, quod
 in aſtu mari, aquis una uice unum uel duo milliaria
 à littore decedentibus, magnum loci interuallum ſiccū
 deſtituitur, eo piftatores eſcam ad pifces iſſicendos
 ponunt. Exextuante autem mari, & aquis uiciſſim
 accedentibus, omnia iſta loca undis complentur, pif= ceſq; eo, eſcam querentes, ſubeunt, atq; ita capiuntur.
 Et regione eius littoris, terra iacet, que Freilandia t.
 nuncupatur, & ea Ducis Burgundiae imperio ſubiecta.
 Ex ea, ſi Ducis opus fit, centum milia hominum ad
 arma euocari poſſe perhibent: Nam ille Dux opibus
 & potentia cuius Christianorum principi facile par

ITER DOMINI

est. Magnos enim thesauros & pecunias possidet. Duces quatuordecim, Comites plurimos imperio suo subiectos habet. Filium autem legitimum, tantarum opum heredem, unicum tantum, & tres nobhos habet. Dictæ urbis mania mari alluuntur. Inde Grauelinæ gam uenimus, urbs est tribus milliaribus à Dunkerca distans, ad mare in ipsis paludibus sita. Grauelingam Caleßiam, tribus miiliaribus distantem urbem in littore maris sitam, ditioni Regis Angliae subiectam, ultra quam dimidio milliari Flandria terminatur. Qui in Angliam nauigare uolunt, necesse est, ut ab ea urbe soluant. Nos cum eò uenissimus, duodecim dies uentos, qui in Angliam flarent, opperiri cogebamur. Postea nauis consensa in altum euecti, magno in periculo cōstituti fuimus, de cuius narratione nunc supersedebo. Nam ex mari repulsi, Caleßiam redire coacti sumus. Quod quidem felici fortune sorte nobis contigit, ut omnes nostrum casum demirarentur, qui hac uiderat. Predicabant enim, annis ab hinc centum, nemini id, ac nobis euenisse. Post eum casum die tertia, rursus nauti concidentes, in Angliæ cursu tenuimus, cumque appropinquaremus, confeximus montes excelsos calce plenos, quam igni urere opus non est. Ii montes è longinquo niuibus operi uidentur. Iis arx adiacet, à Cacodæmonibus extructa, adeò ualida & munita, ut in nulla Christianorū prouincia, par ei reperiri queat. Montes illos arcemq; præteruecti Sanduico urbis appulimus, ea mari adiacet, unde multæ regiones nautibus adiri possunt. Hæc prima urbium Angliae in eo littore

littore occurrit. Ibi primum conflexi nauigia mari-
 tima, Naves, Galeones, & Cochas. Navis dicitur,
 que uentis & uelis solis agitur. Galeon est, qui re-
 migio dicitur: eorum aliqui ultra ducentos remiges
 habent. Id nauigij genus est magnitudine & longi-
 tudine precellenti, quo & secundis & aduersis uentis
 nauigari potest. Eo, ut plurimum, bella maritima geri
 consuevere, ut pote, quod aliquot centenos homines
 simul capere possit. Tertium genus est Cocba, quam
 dicunt, & ea satis magna. Sed nullam rem magis de-
 mirabar, quam nautas malum ascendentes, & uentorū
 aduentum, distantiamq; prædicentes, & quæ uela ins-
 tendi, quæcumè demi debeant, præcipientes. Inter eos
 unum nautam ita agilem uidi, ut uix cum eo quisquam
 comparari possit. Sanduci consuetudo est, ut totam
 noctem cum fidicinibus & tubicinibus obambulent,
 clamantes, & quiseo tempore uentus flet, annuncian-
 tes. Eo auditio negociatores, si uentus sibi commodus
 flare nunciatur, egressi naues descendunt, & ad pa-
 trias suas cursum dirigunt. Sanduico Cantuariam
 octo milliarium iter est. Ea urbs est Archiepiscopo
 Angliae subiecta, qui ibi domicilium suum habet. Cæ-
 nobium ibi uisiturn tanta elegancia, ut ei uix in illa
 Christianorum prouincia par inueniatur, sicut hac in
 re omnes peregrinatores consentiunt. Id templum tri-
 pli cōtignatione formicata cōstat, ita ut tria templa,
 unum supra alterum, censerī possint: desuper stanno
 totum contegitur. In eo templo occisus est Diuus
Thomas Cantuariensis Archiepiscopus, ideo quod

F

ITER DOMINI

iniquis legibus, quas Rex Henricus contra Ecclesia Catholica libertatem rogabat, sese constanter opposuit. Qui primum in exilium pulsus est, deinde cum renovatus esset, in templo sub aespertinis precibus a nefarijs hominibus, qui regi impio gratificari cupiebant, Deum et sanctos inuocans, capite truncatus est. Ibi uidimus sepulchrum et caput ipsius. Sepulchrum ex puro auro conflatum est, et gemmis adornatum, tamq; magnificis donarijs ditatum, ut par ei nesciam. Inter alias res preciosas spectatur in eo et carbunculus gemma, qui noctu splendere solet, dimidiij ouie galinacei-magnitudine. Illud enim sepulchrum a multis Regibus, Principibus, mercatoribus opulentis, alijsq; pijs hominibus munifice locupletatum est. Ibi omnes reliquie nobis monstratae sunt. Primum caput Dei Thomae Archiepiscopi, rasuraq; uel caluities eiusdem. Deinde columna ante facillum Genitricis Dei, iuxta quam orare, et colloquio Beatae virginis (quod a multis usum et auditum esse nobis certo affirmabatur) perfrui solitus est. Sed ex eo tempore, quo hac facta fuerant, iam anni trecenti elapsi sunt. Diuus autem ipse non statim pro sancto habitus est: Verum post annos demum ducentios, cum ingentibus miraculis inclaresceret, in numerum diuorum relatus est. Fons est in eo canobio, cuius aqua quinques in sanguinem, et semel in lac, commutatae fuerant, idq; non multo ante, quam nos eo uenissimus, factum esse dicitur. Ceteras sacras reliquias, quas ibi confpeximus, omnes annotauit, que haec sunt: Primum uidimus redemis

culum Beate virginis. Frustum de ueste Christi, tresq;
spinis de corona eiusdem. Deinde contemplati su-
mus sancti Thome subuculam, et cerebrum eius, et
diuorum Thome Iohannisq; Apostolorū sanguinem.
Spectauimus etiam gladium, quo decollatus est sancto
Thomae Cantuariensis, et Crines matris Dei, et
portionem de sepulchro eiusdem. Monstrabatur quoq;
nobis pars humeri Dini Simeonis, eius, qui Christum
in ulnis gestauerat. Beata lustrabena caput. Crus unū
S. Georgij: Frustū corporis et ossa S. Laurentij: Crus
S. Romani Epis: Crus Ricordie virginis: Calix Beate
Thome, quo in administratione Missæ, Cantuarie us
fuerat solitus: Crus Milda virginis. Crus Euduardæ
virginis. A speximus quoq; dentem Iohannis Baptiste:
Portionem crucis Petri et Andreae Apostolorū. Ossa
Philippi et Iacobi Apostolorum: Dentem et digitiū
Stephani Martyris: Ossa Catharinae virginis, oleūq;
de sepulchro eius, quod ad hanc usq; diem inde manas
re fertur: Crines Beatæ Mariæ Magdalene: Dentem
dini Benedicti: Digitum sancti Urbani: Labia unius
infantium ab Herode occisorum: Ossa beati Clemens-
tis: Ossa divi Vincentij. Et alia plurima nobis mon-
strarabantur, que hoc loco à me annotata non sunt.

Cantuaria digressi per noctem substitimus Rochestria
urbe uiginti milliaribus inde distante. Rochesteria
Londinum, uiginti quatuor milliarium itinere confe-
cto, progresi sumus. Ea est urbs ampla, et magnifica,
arces habet duas, earum alteram, que in extre-
mo urbis sita, fini maris alluita, Rex Anglia incolit,

E ij

ITER DOMINI

quem ibi offendimus. Ille sinus (Thameſis fl.) ponit
lapideo longo, super quem, per totam eius longitudi-
nem aedes sunt extructæ, sternitur. Nullibi tantum
miliorum numerum uidi, quam ibi, quos ladedere ca-
pitale est. Londini cum essemus, deducti sumus in id
templum, in quo diuus Thomas natus esse fertur, ibi
matris & sororis ipſius sepulchra uisuntur: Deinde
& in alterum, ubi S. Keuhardus sepultus est. In eo
ostenditur sepulchrum aureum, amplum, auro gem-
misq; pretiosissimis conspicuum. Celaturam nusquam
ullo in loco subtiliorem elegantioremq; intueri mib⁹
contigit, quam in eo templo. Tempa itidem, que
ijs pulchritudine præstant, nullibi, ex quo domo
egredi sumus. confexi. Nec maior numerus sacrarū
relinquiarum aſeruatur & commonstratur illa in ur-
be, quam ibi. Londini sunt uiginti sepulchra aurea,
gemmae preciosissimæ exornata. Per totum autem regnū
ad octoginta, ſimiliter ex auro conflatæ, lapidibusq;
preciosissimæ adorna. Anglia etenim regnum auri &
argentii ditissimum eſt. Nabli ſiquidem, aliq; mo-
neta bona ibi cuditur, & quamvis nimia amplitudi-
ne non præſiet, populo tamen frequentissimum eſt,
feminarumq; & uirginum forma prætantium ferax,
quas, cum Dominus à Rege ad prandium inuitatus
eſset, ſpectauimus. Ibi theſauros regios uidendi nobis
copia facta eſt, inter quos crater unus erat aureus,
eius cauſa, ex quadam regione octoginta millia Ne-
blorum Regi penduntur. Is ſi à Rege amitteretur,
omne illud tribulum perderetur: Verum diligenter

absernatur, neminiq; eius uidendi potestas conceditur, preterquam hospitibus ex alienis regionibus aduenientibus, nam ijs iure cum commonstrare tenetur. In prandio Dominus laute ac benignè tractatur est, certe omnes ipsius comites, praesertim Schasco, ut in aula regia, ita et alibi. Ostenderunt nobis duos horos, in quibus multa diuersi generis animalia seruantur. Ceterum Anglia non est plana, sed montosa, multisq; syluis impedita, nigras tamen sylvas non producit. Sylua queq; foësa cingitur, similiter et agris cole, circum agros suos et prata fossas ducunt, eos obsepiunt. ita ut nemo neq; pedes, neq; eques ea transire queat, nisi via publica. Angliam mare undiq; circumdat, ita, ut eo, quasi hortulus, sepiatur. In ea regione curribus non utuntur, sed equis tantum, quibus tum uehuncunt, tum res necessarias portant, quauis ad easdem res carris etiam duabus rotis constantibus, uti consueuerint. Femina longas uestium caudas post se trahunt, ut in nulla regione tam longas confixerint. Duabus ab aduentu nostro septimanis clapsis, Rex Dominum ad se accessitum magnifice donauit, symbolo uel socieate, quam uocant, aurea ipsi attributa. D. Iohannem Zebrouensem, Burianum, Frondnarum, Petipesensem, Mirofium, equestri prius decoratos dignitate, ad eundem modum symbolis aureis ornauit. Ceteris uero, qui equestrem bonorem non suscepserant, argentea symbola attribuit. Atq; ita Dominu magnum bonorem exhibuit. Londini, ubi Anglie Regum domicilium est, ductus est Dominus in

F ij

ITER DOMINI

elegantibus horis, varijs arboribus & herbis instru-
tis, quae in alijs regionibus non inueniuntur. Postea
quoq; in templo elegatissime constructa perductus est,
ubi ei complura sepulchra aurea monstrabantur. Re-
liquiarum sacrarum, ut ante dixi, nullo in loco, tan-
cum simul numerum uidi. Quas mibi conscribere &
annotare conanti, dicebatur, nequaquam possibile esse,
ut eas omnes assignare possem, tantam enim earum
uim esse, ut a duobus scribis per duas septimanas con-
scribi non queant. Inter eas, primum uidi Zonam
Deiparae virginis, quam proprijs manibus consecisse
dicitur: Et crux divi Georgij: Deinde confexi eum
lapidem, super quem Christus sepulchro egrediens
prima pedum fixit uestigia, ubi adhuc clare apparent.
Postea spectavi unam sex hydriarum, que iussu Chri-
sti aquis implete, pro aquis uina coniuis reddiderato.
In ea urbe magna est aurifaborum multitudo, cui pas-
rem nusquam uidi: soli enim magistri, prater operas,
quadrincenti recensentur: eorum tamen nemo ocia-
tur, urbis amplitudine & opulentia materiam labo-
ris affatim illis suppeditantis. Id moris est in ea urbe,
ut, si quis hospes illustris ex alienis regionibus eò ad-
uenerit, uirgines & matrone in diuersorium uenien-
tes, cum excipient, donariaq; adferant. Ea omnia &
nobis facta sunt. Promissa cæsaries capitum nostro-
rum magna illis admirationi fuit: prædicabant enim,
nullos sibi unquam uisos esse, qui longitudine & uenu-
state capillorum nobis prestarent. Nulloq; modo ad-
duci poterant, ut, eos ita natura enatos esse, crede-

rent: sed dicebant eos bitumine adglutinatos esse. Et si quis nostrum ita crinitus in conspectum prodibat, plures spectatores habebat, quam si mirabile aliquod animal adductum esset. Et huc ibi consuetudo obser-
5
natur: In primo hospitium in diuersorium aduentu,
hospita cum uniuersa familia obuiam egreditur, hos
spites exceptura, quād cæterosq; omnes deosculari ne-
cessit est. Apud eos namq; idem est, si osculum tuleris,
ac si manum dextram porrexeris: non enim manum
porrigere consueverunt. Ee sunt istius ex confinium
regionum consuetudines. Nulla in regione tanto in
honore habiti sumus, quam ibi. Namq; tum à Rege,
tum à subditis omnibus, qua iter fecimus, usq; ad mar-
re honorificè et benigne tractati sumus. Musicos nula-
lo aspiciam in loco iucundiores et suauiores audiun-
mus, quam ibi: eorum chorus sexaginta circiter can-
toribus constat. Anglia sylvas uel ligna producit, ex
quibus, si imaginem sculperis, ex in terram defodes-
ris, per annum spacium in lapidem conuertitur. Ea
sylva triginta milliaribus à Londino abest. Celebre
quoq; nomen est, lignæ crucis cuiusdam, octo millia-
ria Londino distans, quam cum hominibus locutam
esse, pro certo affirmatur.

LITERÆ EDWARDI Regis Angliæ.

E iiiij.

LITERÆ EDVARDI
DVARDVS Dei
gratia Rex Angliæ,
Franciæ, & Dominus
Hiberniæ. Vniuers
is & singulis, Admis
raldis, Capitaneis, Castellanis, & eos
rum loca tenentibus, custumarïjs, cu
stodibus portuum maris, & aliorum
locorum maritimorum, nec non vices
comitibus, maioribus, balliuis, cons
stabularijs ac alijs officiarïjs, ministris
fidelibus, ligeis et subditis nostris qui
buscunq; infra libertates et extra, tam
per terram, quam per mare constitutus
tis, ad quos præsentes literæ peruenes
rint, Salutem. Sciatis quod de gratia
nostra speciali suscepimus in saluum et
securum conductum nostrum, ac in
protectionem, tuitionem & defensio
nem nostras speciales, Leonem Do
minum de Rozmital & Blathna, & in

Frimperg fratrem Reginæ Bohemig,
& clientem familiarem imperatori, in
regnum nostrum Angliæ, ac alia do-
minia, iurisdictiones & territoria no-
stra quæcunqz, cum quadraginta per-
sonis equiatis vel non equiatis in co-
mitiua sua, uel infra, et totidem equis,
ac bonis, rebus, habitimentis guerræ,
& harnesjs suis quibuscunqz coniuns-
ctim vel diuissim, tam per terram, quam
per mare & aquas dulces equestre vel
pedestre, totiens quotiens sibi placuz
erit, durante præsentí saluo conductu
nostro, veniendo ibidem morando
perhendinando & conuersando, &
exinde ad quascunqz partes exteris
transfundo et redeundo liber et absqz
impedimento, impetione, perturba-
tione, molestatione, aresto, seu gra-
uamine quocunqz nostro aut officia-
riorum seu ministrorū quorumcunqz:

F v

LITERÆ EDVARDI

Et ideò vobis mādamus, quod ipsum
Leonem in regnum, dominia, iuris-
dictiones & territoria prædicta cum
personis, bonis, rebus, equis, habili-
mentis & harnesījs suis prædictis qui-
buscunq̄ coniunctim vel diuīsim, tām
per terram, quām per mare, & aquas
dulces equestre vel pedestre, totiens
quotiens sibi placuerit, durante præ-
senti saluo conductu nostro, uenien-
do, ibidem morando, perhendinans
do & cōuersando, et exinde ad quas-
cunq̄ partes exteris transiendo, & ut
prædictum est, redeundo manuteneas-
tis, protegatis & defendatis : Non in-
ferentes eis aut eorum alicui, seu quās
tū in vobis est, ab alijs inferri permit-
tentis, iniuriam, molestiam, damnū,
violentiam, impedimentum aliquod,
seu grauamen. Et si quid aut eorum
alicui forisfactum siue iniuriatum fues-

rit, id eis & eorum cuilibet sine dilata-
tione debitè corrigi et reformari facio-
atis. Prouiso semper, quod predictus
Leo ac secum comitantes, se benè &
honestè erga nos & populum nostrū
habeant & gerant, et quicquam quod
in nostrum contemptum seu præiudi-
cium, aut populi nostri predicti dam-
num seu grauamen cedere ualeat, non
attentent, nec eorum aliquis attentet,
seu attentari faciat. Prouiso etiam, qd
si contingat prædictum Leonem, aut
aliquem secum comitantium præsen-
tem saluum conductum nostrum in-
fringere, Nolumus tamen alicui di-
ctum saluum conductum nostrū mi-
nimè infringenti aliquod damnum
vel præiudicium generari: sed illi vel
illis sic infringenti vel infringentibus.
In cuius rei testimonium has literas
nostras fieri fecimus patentes, per sex

LITERÆ EDVARDI
mensæ proxime futuros, durantes.
A me ipso apud Vestmonasterium
xxvj. die Februarij. Anno Regni
nostræ, Quinto.

Per ipsum Regem.

ALTERÆ LITERÆ
eiusdem Regis.



Duardus Dei gratia
Rex Angliæ et Frâciæ,
et Domin⁹ Hiberniæ.
Vniuersis et singulis
Regib⁹, Principibus,
tam Ecclesiasticis, quam Sæcularibus,
Ducibus, Marchionibus, Comitib⁹,
Baronibus, Præsidentibus, Potesta-
tibus, Gubernatoribus, Rectoribus,
ac Custodibus prouinciarum, patri-
arum, ciuitatum, villarum, oppidorū,
portuum, pontium, passagiorum, dis-
trictuum, iurisdictionum, et aliorum

locorum, capitaneis, castellanis, ceterisque officialibus quibuscunque aut eorum loca tenentibus, amicis confederatis et benevolis nostris, cuiuscumque status, praeminentie, gradus, conditionis uè fuerint, ad quos presentes litteræ peruererint, Salutem in eo, qui est omnium salus vera. Nobilium virorum et praesertim principum quasi proprium, iudicamus laudabilia hominum proposita, et eos, qui illustria facinora quadam strenuitate animi ducti efficere student: fauoribus amplissimi atque commendatione extollere.

Cū itaque nobilis vir Leo de Rosmatal et de Platna, mundi varias regiones peragrare aueat, et sanctarū reliquiarum limina visitare, iterque suum agere habeat, per districtus, dominia, terras, regna, et prouincias quam pluriū Regum, principum et magnatū:

LITERÆ EDVAR: RE: ANG:

Nos igitur laudabile eius propositū,
morum elegantiam, ac virtutum cu-
mulos, quæ eum gratum nobis effici-
unt, nostros ante oculos ponentes,
amicos et beneuolos nostros roga-
mus, subditis uero nostris strictissi-
mè dam⁹ in mandatis, quatenus ami-
ci et beneuoli ipsi nostra prece, et sub-
diti obedientiæ virtute, præfatum Les-
onem, unà cum familia, equis, rebus,
et honis suis vniuersis, vbi cunq; los-
corum declinauerit, tam per terram,
quam per aquam, singulariter recom-
mendatum habentes, pio suscipiant
affectu, tractentq; omni humanitate
et fauore, libereq; eum ire et redire,
absq; alicuius impositionis solutione
permittant, saluos etiam conductus
oportunos velint cum petierit, nostro
intuitu, pro ut conuenit, procurare,
quæ omnia nostræ singulari complas-

centiæ asscribemus. Datum in Palas
tio nostro Vestmonasterij, vicesima
die mensis Martij. Regnorū nostros
rum, Anno Quinto.

Langport māppria.

¶ Postquam Londino egredi essemus, Rex nobis
adduxit Nobilem quendam ex clarum virum, qui nos
usq; ad mare duceret, ex nauim nobis, qua in Bri-
tanniam transmittemus, procuraret. Primam no-
strem transegimus in arce Vindisorensi, cui nucus sub-
iectus est, qui amne quodam irrigatur. In ea arce sunt
sodales ordinis sancti Georgij, qui omnes ex claris
Baronum vel Comitum familijs originem trahunt. Ab
ijs, postera die, innatus est Dominus ad prandium.
Ibi postea monstratum est nobis cor sancti Georgij,
atq; aliæ sacre reliquie. Damarum maiorem nume-
rum nigrarum, candidarum, variegatarum, alijsq;
coloris, nusquam uidi, quā in ea arce. Finito pran-
dio, Dominoq; ualedicente, dicebant, nunquam se
chariorem gratioremq; hospitem habuisse, atq; eum,
ex magnopere Dominum orabant, ut nomen propriū
annotandum curaret, se id uelle in librum, ex quo
missæ canuntur, referre, ut talis praestantis viri per-
petua memoria penes se permaneret. Atq; insuper nos
iam iter ingressos cursu sunt insecuri, Domini nomen
inquirentes. Londino Vindisoram uiginti milliarium
uer est. Vindisora Redinum sedecim, vicus est, in

ITER DOMINI

quo Cenobium est amplum & elegans, cui presunt Sacerdotes Regulæ Deipare uirginis. In eo templo, tabula aræ prefixa, & imago Genitricis Dei elegans admodum uisitetur, ita ut opiner, me neq; confixisse, nec unquam ei conferendam, conspecturum esse, etiam si ad extremos mundi terminos progrediar : Nihil enim ea formosius & uenustius effungi potest. Redi-
no Andoueriam uiginti quatuor milliarium uia est. In eo oppido Statuam Beate uirginis ex Alabastro lapide excisam, similiter admodum elegantem, conspexi. Andoueria, quindecim milliarium itinere Sa-
risburia distat : Vrbs est arcis subiecta. Arci iungitur uiuarium, milliaris unius latitudine, & octo milliarium longitudine : In eo tanta ferarum copia est, ut sit incredibile. Nam dame aliquoties centenarium nuc-
merum excuperantes, apparuerunt, cuniculi uero & lepores innumeri in conspectu erant. Perhibent se Rex aliqua die mandauerit, ad uiginti millia ferarum facile capi uel occidi posse, Quod haud negauerimus : Nam ea regio ijs quam maxime abundat. Affirmaue-
rim, me nullis uspiam in locis, tantam ferarum uim ui-
surum esse, quam ibi. Viuaria habent frequentia, ubi feræ ab omni nocumento tutæ redduntur. Lupos etiam ea tellus non alit. Et si quis importatus fuerit, exemplò expirat, quod multo usu & experientia ma-
nifestum est. In medio uiuarij, iam dicti, arx edifi-
cata est. Templa autem & cenobia in nulla regione, ut ego quidem existimo, elegantiora, conspecturus sum, quam in Anglia. Omnia namq; sunt desuper
plumbo

plumbio & stanno contexta, interius uero mirum in
 modum exornata. Ea regio est metallifera: argentum
 enim, aës, stannum, plumbum, incolæ fodiunt, ideo
 terra est ditissima. Haud parua etiam pars opum in-
 colis accedit ex gregibus ouium, qui maximi ubiq;
 pascuntur, omnesq; fermè coloris niuei, inter quos
 rari nigri conspicuntur. Qorum lana non paruo ere
 ab exteris mercatoribus permutatur, et in diuersas re-
 giones exportatur. Sarisburia est urbs aperta, sed
 ampla. Ibi offendimus alterum fratrem Regis, Geora-
 gium nomine. In ea urbe canobium est pulcherrimum
 & amplissimum, quod interioris exteriorisq; struc-
 turæ elegantiam considerando, nulli est secundum.
 Ei turris est adiuncta, artificiose exædificata.
 Imagines fictas nusquam elegantiiores confexi: Qæ-
 rum altera, Matrem Dei, Christum infantem ulnis te-
 nentem, & tres Reges ei dona ferentes: Altera An-
 gelum Sepulcrum aperientem, Christumq; resuscitas-
 tum à morte, uexillum manu tenentem, ita represen-
 tant, ut hæc non ficta, sed uiua, & coram geri uides-
 antur. Illud etiam adjicere haud abs re fuerit: Sacri-
 fici missam administrantes, nullis luminibas in altaria
 bus utuntur, eò, quod ter à religione Christiana des-
 cerint. Hec quoq; in ea regione consuetudo obserua-
 tur: Die Parasceues, dieq; præcedenti, Cœnæ Domini-
 nicæ memoria insigni, omnes in templo coenant, &
 apud singulas aras specula constituta habent. Rex
 quoq; die Cœnae Dominicæ id moris habet, ut trede-
 cim pauperes inuitet, & singulis ipse pedes abluat, &

G

ITER DOMINI

unicuiq; nuncsum, qui Nabel nuncupatur, uestemq;
nouam dari curet. Panis uel corpus dominicum, ea= dd.
dem ibi magnitudine à sacerdotibus populo distribui= ee.
tur, ut apud nos. Plura de Anglis, que scribā non ha= ff.
beo, præter id, quod sunt homines (ut mibi uidetur,) jj.
infidi & astuti, uile hominum peregrinorum exitium
molientes, qui licet submisè genu inflestant, non tamen
illis fidem habeas. Sarisburiam uenimus die ueneris,
precedenti Dominicam Palmarum. Die Palmarum
Dominus cū omni comitatu à Duce ad prandium uo= hh.
catus est, quod opiparè, pro eorum consuetudine, in= ii.
structum fuerat. Inter alia fercula apposuerunt anates
aues, que in mari nascuntur, nullaq; cibo, sed solo aë= tt.
re uiuunt. Ultra Angliam ad occiduum latus iacet
insula Hybernia, in qua est specus Sancti Patricij. Ea
regio non magno maris freto ab Anglia dirimitur.
Eius incole, qui ad Anglicalitora proximè uergunt,
Anglia Regi sunt uictigales : Sed qui in ulterioribus
insulæ habitant, duorum fratrum Comitum imperio
parent : Quinimo Insula tota. Verùm uia ad acti An= tt.
glia Regibus quoq; tributa pendere coguntur. Sas= tt.
risbaria uirinti quatuor milliarium itinere Polla dis= tt.
stat : opidum est, nullis menibus cinctum. Tunc rur= tt.
sus ad mare peruenimus, ibiq; occiduum uentos in Bri= tt.
tanniam flantes operiri coacti sumus. Inde digressis
altumq; tenentibus, duo Galeones armati, qui Anglia
Regis erant, occurserunt, atq; tormentia in nos explos= tt.
dere ceperunt : hostes enim nos esse arbitrabantur.
Ibi uentum habuimus aduersum, ut nobis in regionem,

que vocatur Garinse regredi necesse fuerit. Eo in loco
 ad duodecimam diem commorati sumus. His pera-
 ctis, uentum secundum nocti, & in altum euclii, in
 Britanniam cursum tenuimus, ibi; consperimus lit-
 tora Normandie, que Regio Francie confinis est.
 Contra ea litora, ad nos iterum duo Galeones bellici,
 magno clamore, tormentorumq; explosione nauim no-
 stram adorientes, peruererunt, Gallos nos esse rati, iij
 Galeones Anglie Regis erant, qui ea maria contra
 Gallos tuebantur. Dominus autem intelligens eos exis-
 tiū nobis moliri, & submergere conari, nauim ascen-
 dere Heroldū iubis, atq; cum ijs more Heroldorū col-
 loqui. Tum is uociferans dicebat, ut nominis & pro-
 fessionis Christianae memores essent, neuer nos tam cruz
 deliter & immaniter perditum irent. Virum enī
 illustrem & summo loco natum, qui uarias regiones,
 regumq; aulas perlustraret, ea nauis uehi. Qui nunc à
 Rege Anglie digressus, in alias regiones discedat.
 Hec ubi sunt dicta, illi nunquid literas à Rege Anglie
 haberemus, percunctabantur. Cum nos habere res-
 ponsum esset, rogabant ut sibi ostenderentur. Quod ut
 facturum se Dominus annuit, præfeci eorum, postea
 quam nautas nostros, tanquam pugnauictos, uela de-
 trabere iubissent, consenso lembo, ad nostrum Gale-
 onem adnauigarunt. Vbi, literis Regis conspectis,
 omnes in genua procumbentes, eas deosculabaniur:
 Namq; id moris habent, cum nomen regium audierint,
 uel literas ipsius uiderint, ut eas eiusmodi honore pro-
 sequātur. Tu dicebas: Per spicimus ex litteris Domini

G ij

ITER DOMINI

nostrī, te uirum esse inclytum, summoq; genere natum,
quamobrē si cupis, Compostellā usq; te comitari uolu-
mō, p̄q; eo premiū nullū depositimus. Quibus Domin⁹
gratijs acliſ, bac re tantoperē non esse opus, dicebat:
Sed cum aulas Regum Christianorum inuisere in ani-
mo habeat, qua ad Regem Gallie & Siciliæ profici-
ſci deberet ab ijs ſcificabatur. Tam ij, nautis nostris
ad quæ loca curſum dirigere, & quæ ſidera obſerua-
re neceſſe eſſet, edocliſ, abierunt. Cum illi diſceſſiſſ-
ſent à nobis, ea nocte, uentus aduersus nos longè à re-
cto curſu detulit, fermè ad 200. miliaria, compulitq;
ad Insulam quandā nomine Garniſam, que tribus mil-
liaribus in latitudinem, & totidem in longitudinem
patet. Ad eam Insulam undecim dies commorati fu-
mus, uento, qui nos in Britanniam ferret, deſtituti. In
ea Insula, ad ignis materiam utuntur lignis lauriniſ &
cupreſſinīſ, ea namq; terra, alia non producit. Hec
imperio Regis Anglie ſubiecta eſt, ſed Regi Francie
quadraginta Coronatorum millia tributi nomine pen-
dere cogitur. Si illud tributū Regi Francie non exol-
ueretur, iamdudum ab eo euersa eſſet. Nam non pro-
cul à Normandia, prouincia populoſa, diſſita eſt.
Post undecim dies uentum commodum adepti, mare
conſcendimus, in Britanniam Gallicam curſu directo.
Altera nocte nobis pelagus fulcanib⁹, procella in-
gens coorta eſt, qui uentus omnibus magno timori eſſe
conſueuit: Verum non diu durat: nam ſi diurnus
eſſet, ingentem mortalium numerum pefſundaret. Nul-
lus enim eo periculoflor eſt. Qui tam inſperatus no-

bis superuenit, ut eum nostri nauis nibil præfenserint. Ibi non procul abfuit, quin submersi fuissimus omnes, namq; nauis salo per ea foramina, qua in nauim ingressus est, iam implebatur. Vela etenim ob ingentem uentorū uim detrabi non poterant. Quibus cum maxima difficultate & labore demissis, demum nauis recta, uti debuerat, stare cepit: nam impetu uenti uicta, in latus usq; ad undas inclinata fuerat. Ex his tempestatibus & periculis cum emersissimus, omnes in genua procumbentes, Deo gratias egimus, quod nos ex tanto discrpine liberatos, incolumes conseruasset. Inde, demum Britanniam tenuimus, urbisq; Samo malo applicuimus. Ea urbs est Episcopi cuiusdam subiecta ditioni, unam tantummodo portam habens, & duas turres. Superiorem tamen dominum Ducem Britannie agnoscit. Si quis mari Britanniam petit, eius urbis portu applicare cogitur, tum propter eius commoditatem, tum quod alij eius littoris portus sint preclusi, ne ea uectigalia & portoria, que ibi immensa exiguntur, aliò auertantur. Urbs adeò mari propinqua est, ut cum uentis mare intumescit, undiq; per urbis plateas aquæ falsæ diffundantur. Ea non est magna amplitudine, sed operibus munitissima. Aluntur in ea urbe canes, qui noctu loco excubitorum per urbem discurrunt. Ii uinculis liberi facti, neminem per urbem obabulare patientur, cum siquidem statim discerperent. Huic urbi templum Deipare virginis, in excelso monte extructum imminet, quod decedentibus tempore reciprocationis post meridiem undis, sicco

G iij

ITER DOMINI

pede adiri potest. Sed uesteri uicissim aquis acce-
dentibus, mons magna ex parte aquis tectus, uix con-
spicitur. Sammalo Tetiniacum septem abest milliarie-
bus: castellum est apertum. Tetiniaco Renes sex mil-
liaribus distant. Ea urbs est amplissima. Britannieq;
caput. Inde Bainum sex millaria, pagus est. Hinc
Nozaium itidem sex millaria, & hic pagus est No-
zaio Ibirkium tribus, hinc Nannetum quatuor milli-
aribus distat. Hec urbs satis est ampla, arcemq; im-
postam habet, que ducis Britanniae sedes est. Circa
eam urbem prata amena, hortiq; elegantiissimi iuxta
Ligerim fluuium uisuntur. Ligeris fluuius ponte la-
pideo ualde longo iungitur, ut longior bucusq; à no-
bis conspectus non sit. Is inde defluens, duobus millia-
ribus infra urbem in mare se exonerat. Lampetra
piscis maximè abundat, ut earum copiā maiorem nullo
uspiam in loco simul uiderim, quadringentas enim una
uice extrabi animaduerii. Ceterum Britannia mon-
tibus impedita est, agros tamen habet fertiles, sylvasq;
bonas, que raras alias arbores, quam quercus ferunt.
Agricola quiuis agrum suum sepe lapides cinctū bas-
bet, ideo non postulat necessitas, ut pecori suo in pa-
scuis uersantii ipsi adsint, & id custodiant: Nullum si-
quidem damnum ab eo uicinis inferri potest. Lupi in
ea regione pauci conspicuntur, & si qui capti fue-
rint, iuxta viam tanquam fures, suspenduntur, pelle-
samen manente integra. Eorum si quis in conspectu
teſe dederit, ab uno pago ad alterum pellitur, eo fu-
ut tam rari inueniantur. Nusquam gentium, ex ea die,

quo è patria digredi sumus, maiorem piscinaram numerum mibi uidere contigit, quam in Britannia. Dux Britannie piscinam possidet, que per duo millaria in longitudinem extenditur, eam intra sex annos semel, emisis aquis, siccare solet. Ex illius pescatione uirginis aureorū millia, uel amplior aliquando summa prouenit. Ad Nantes pons est in dimidiū milliaris longitudinem fere extendens, tā latē uidelicet fluminis aquis se diffundentibus. Ibi commorati sumus duodecim dies.

LITERÆ FRANCISCI Britonum Ducis.



Ranciscus Dei gratia,
Britonum Dux, Mōtisfortis, Richemondis, Stamparū & virtutum comes. Vniuersis & singulis dominis Regibus, vobuntarium debiti honoris obsequium, Ducibus, Marchionibus, Comitib⁹, & alijs Principibus charitatis fructus assequi salutares : Baronibus vero Militibus, Scutiferis, Conestabularijs, Mareschallis, Admiraldis, Cas

G. iiiij

LITERÆ FRANCISCI
pitaneis, Senescallis, Bailluis, Præ-
positis, pontium, districtuū, & ločo-
rum custodibus, iusticiarījs, cæterisq;
beneuolis nostris vñlibet constitutis,
quibus nostræ præsentes ostensæ fu-
erint literæ, Salutem & virtutum pre-
mia mereri sempiterna. Quia Genes-
rosus & Magnificus Dominus Leo
de Rozmital miles de regno Bohemię
Dominus de Blatna, et de Frymperg,
peragratis regnorū, dominiorū, pro-
uinciarum, patriarcharum, principatum
& terrarum locis quamplurimis, ani-
mum suum in actibus virtuosis, gra-
tia experientiæ, & ut ex moribus dis-
uersorum regnum & prouinciarū,
quarum quilibet suo sensu abundat,
meliore fortiatur animam, maioreq;
creatoris sui cognita potestate, nec
non diuersitate & magnitudine crea-
turarum habere valeat noticiam: Qui

tandem nobis ex patria nostra visitatis, cupiens ulterius, quod bene per ipsum cæptū dignoscitur, debita perseverantia consummare; et quod proposuit super visitatione aliarum partium orbis, operę adimplere, quia nō qui incipit, sed qui perseverat, corosabitur: Absq; enim perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmā victor consequetur. Nempe perseverantia sola meretur viris gloriam, virtutibus coronam. Nos igitur perseverantiam & laudabile propositū dicti Domini de Rozmical plurimum probantes, cupientesq; ipsum in sui progressu itineris plena securitate gaudere. Vobis omnibus, & vestrum singulis ipsum, quem progenitorum nobilitas, morumq; generositas commendabilem reddunt, sincero recommendamus affectu, serenitates, dilec-

G v

LITE: FRAN: DVC: BRITO:
ctiones & amicitias uestras, & cuiuslibet
vestrū affectuosè rogantes: nos
stris vero subditis districte præcipi-
endo mandantes, quatenus cum eun-
dem de Rozmital, ad vos, terras, &
loca vestra declinare contigerit, fauor-
abiliter tractare, vñā cum familia,
equis, rebus & bonis suis vniuerlis,
per quoscumq; passus, portus, pon-
tes, & districtus, ciuitates, oppida,
castra, villas, & quælibet alia vestræ
& nostræ iurisdictionis loca, tam per
terram, quam per aquas, absq; aliqua
solutione pedagi, gabellæ, costis
mæ, siue alterius cuiuscumq; exactio-
nis, transire, stare, & morari, securè,
& liberè permittatis. Quæ omnia
nostræ singulari complacentiæ ascri-
bemus. Datum in Ciuitate nostra
Nannetensi die Quatta mensis Maii. Anno
M. CCCC. LXVI.

Per Ducem.

Miles mappri.

Hinc posteaquam, ad diuum Iacobum itinere directo, digredi essemus, in via comperimus, Regem Siciliae, non procul hinc habitare, biduiq; itinere ad eum perueniri posse. Quapropter retrogredi, iicr ad eum conuertimus, quod quadridui spacio confecimus. Primam uero noctem. Nantibus digredi, Kerfini peregrimus: Hinc Clifonium trium milliarium itinere peruenimus. Vrbs est & arx Ducas Britanniae ditioni subiecta, in confinio Britanniae & Francie posita. Eam amnis nomine Salber preterlabitur, qui Franciam & Britannia diuidit. Clifonio Maium, pagus est, septem sunt milliaria: Maio Doiam decem milliaria, uicus est Regis Sicilie. Doia Sammorum tribus milliaribus abest. Vrbs est eximia, & arx elegans urbi imposta, è saxo quadrato extructa, tegulisq; lapideis connecta. Muri, foscarumq; parietes siccū militer ex saxo quadrato erecti. In ea urbe Regem Siciliae cum Regina filioq; Duce Calabriæ offendimus. Hanc urbem arcemq; amnis latitudine, undarūq; mole, longè Danubium superans, alluit. In aduersa fluminis ripa, Rex uillam habet, quo cœtiuo tempore secedere, uarijsq; uenationibus sese oblectare consuevit. Eam sylua quercina circumdat, uarij generis uolucra & ferarum abundantissima. Ab urbe uero paulo minus dimidio millari distat. Vrbs monti adiacet, in agro ubere. Circa urbem prata spaciofa amenaq; berli, & pomaria pulcherrima undiq; uirent. Eam lambit flumen Ligeris, quod ex Francie per Britaniam defluens in mare exoluicit. Hinc uan longe mo-

ITER DOMINI

monasterium abest, quod Episcopus quidam incolit, id
pedestri itinere adiuimus. Primum nobis ibi monstratus est calix, quo Christus in nouissima coena usus fuit:
Deinde diuorum Philippi et Iacobi capita: Itidem Caput Sancti Martini, qui Turonibus sepultus iacet:
Andreeq; Apostoli cubitus dextræ manus, et alia plurima. Observantur quoq; ibidem quatuor Apostolorum capita. Huic monasterio arx iungitur, in qua Episcopus domiciliū suum habet. Ex eius monasterij bonis, redditus sunt annui, uiginti duo millia Coronatorum. Dum ea contemplaremur, inuitauit Episcopus Dominum ut uiseret, num penus recte sibi instructa esset. Ibi tantum uarij commeatus copiam uidimus, quantam nusquam illo in loco, ex quo dome egredi sumus, nobis spectare licuit. Tertia die rogabat Rex Siciliae Dominum, ut urbem suam decem miliaribus inde distantem inuiseret. Eam petentes, flumine secundo usq; in uicum Pontū de Saleto nuncupatum uecti sumus. Apud eum uicum pons est unius miliaris longitudine, ex cuius uectigali, quadraginta Coronatorum millia annua, in fiscum Regium deferruntur. Ultra id oppidulum arx est in medijs fluminis Ligeris undis, supra columnas et fornices extructa, que satis longo à ripa interuallo posita est. Postridie, pedibus ex eo uico, urbem Andegauensem adiuimus. Illa est sub Imperio Regis Franciae, sed tunc temporis à Rege Siciliae obtinebatur. Flumen magnum Mayne nomine, eam interfecat. Arcem, que in urbe est, Comitijs quedam edificari curauit, annis ex eo

tempore, quo nos ibi fuimus, mille trecentis retro nū
meratis. In ea arce uiginti duæ turres magna, omnes
in eandem formam erectæ uisuntur. Hac arce ualidior
et munitior, nulla hactenus à me uisa est. In ea Do-
minus et nos omnes benignè et honorificè tractatè
fuimus. Ibi nobis diuersi generis uolucres aliæ atq;
aliæ monstrabantur. Caueas pulchriores nunquā con-
spexi, quarum aliquot erant eximia amplitudine, in
modum ædium fabricata: Et omnes erant auibus re-
ferte, quarum aliquibus nomina ignorantur: Leones
quocq; tres, duo Strutiones, Leopardi duo, Capræq;
Saracenicæ, ex remotissimis orbis prouincijs allatae,
nobis ibi commonstrabantur, quales nunquam antea
uideram. Postea ducti sumus in monasterium Sancti
Mauritiij, ibi nobis ostendebatur sepulchrum, quod
sibi Rex Sicilia extrui curauit, admodum eleganter
ex candido marmore excisum. Iuxta sepulchrum tres
milites, singuli gladio et basta armati, efficti uisuntur.
Intra sepulchrum autem Regis et Reginæ simu-
lachra, utrumq; diadematæ aureo gemmis exornato
redimitum, excisa spectantur. In eius aula octiduum
commorati sumus.

LITERÆ RENATI Siciliæ Regis.

LITERÆ RENATI



ENATVS DEI
Gratia Iherusalem &
Siciliæ Rex, Ducatuū
Andegauiæ & Barri
Dux, Comitatuumq;
Prouinciæ & Forlaquerij, ac Pedes
montis, Comes, Vniuersis & singu
lis Regibus fratribus nostris charissi
mis, salutem & prosperorum ad vota
successuum incrementa : Ducibus au
tem, Marchionibus, Comitibus, cæ
terisq; Principib⁹ amicis nostris, cha
ritatis fomentum & benevolentiam
effectuam : Baronibus verò, Milis
tibus, Senescallis, Connestabularijs,
Scutiferis militibus, Mareschallis, Ca
pitaneis, Admiraldis, Baillinis, Cō
munitatibus, Ancianis, Præpositis,
pontium, portuum, districtuum, &
locorum custodibus, nauium, trires
mum ac aliarum maritimorum fustiū

SICILIÆ REGIS. 50.

armorumq; gentium, capitaneis &
guerrarum, alijs tām in terra, quām
in mari frequentantium, gubernato-
ribus prouinciarumq; præsidibus, re-
ctoribus, eorumq; & cuiuslibet eoru-
loca tenentibus & substitutis, villarū,
ciuitatum, castrorum, & locorum, &
fortalliciorum, officiarijs, subditis qui-
buslibet amicis, consanguineis, con-
federatis, adhærentibus, deuotisq;
beneuolis nostris, vbi cunq; constitutus
tis, cuiuscunq; gradus, status, & con-
ditionis existant, ad quos nostræ pa-
tentis literæ peruerint, gratiam &
bonā voluntatem. Sanè adiens pro-
uinciam nostram Magnificus et Stres-
nuus Leo de Rozmital, Dominus de
Blatna, et de Frimpergk de regno Bo-
hemiæ, nobis exposuit qualiter mo-
tus salutari deuotione ac peregrinati-
onis affectu, optamine quoq; mundi

LITERÆ RENATI
partes aliquas ad sui memoriam et so-
latium permeandi, adeò, quod suo itis-
nere, prouinciarum, regionum, &
quoad poterit, orbis locorū, mores,
virtutes, & gentium nationum sui in-
tellectus scrutamine, gestaç̄ vestigia,
ad bonitatis & virtutum fomenta va-
leat adipisci: postulans nostros per
hos apices vñilibet cōmendari. Nos
autem aduertentes, nobiles & proces-
res ad virtutum semitas inclinatos fo-
re, à cunctis potentibus oportuni fa-
uoris præsidio commitendos. Suis
igitur præaffatis iustis petitionibus
aures beneuolas exhibentes, tūm res-
pectu suæ profapiæ generosæ, tumç̄
suarum exigentí experimento virtutū,
ac nobilitate animi, venuſtisç̄ mori-
bus et genere decoratum: Cupientes
ipsum quoconç̄ perrexerit amabiliter
recipi et tractari, iterç̄ suum illi fore
liberum

liberum et expeditū ubiqꝫ, qua trans-
situs sit: Vos serenissimos Reges
fratres nostros, affectuosè precamur:
Duces verò Marchiones, Comites,
alioscꝫ Principes rogitamus, ceteroscꝫ
omnes alios & singulos prælibatos
requirentes amabiliter perhortamur:
Nostris tamen vasallis, seruitoribus,
stipendiarijs, & subiectis, præcipien-
do mandamus: Quatenus præfatum
Leonem cum penes vos, seu vestrum
aliquem se duxerit conferendum, ha-
bito ad suas strenuitatem, proceritas
temcꝫ respectu, & animum virtuosum
nostrue contemplatione fauorabiliter
habere et velitis suscipere comenda-
tum: Nec non & ipsum cum quadra-
ginta personis nobilibus, alijscꝫ fami-
liaribus suis, & de comitiua sua, tam
equestribus, quam pedestribus, vel
infra, & cum eorum equis, bonis, aus-

H

LITERÆ RENATI

ro, argento, balis̄js, bulḡjs, fardelijs, rebus & bonis quibusuis eorum, in & per regna, prouincias quoq; patrias, ditiones, iurisdictiones, ciuitates, districtus, passus, & loca tām vestra, quām nostra, & alia, etiā vos bis credita & commissa, ciuitates, loca, passus, aut illac eundo, morando, dietando, pernoctando, redeundo, trāsuerit, cum dictis suis quadraginta personis, proceribus, & nobilibus alijsq; familiaribus suis, & comitiua, totiens, quotiens sibi placuerit, abire & redire permittere velitis, saluos, pacificos, atq; tutos absq; corporum rerumq; suarum quarumlibet læsione, quacunq; die et nocte, in terra, mari et in fluminibus, in via, et extra viam, prout eis melius et commodius expedita videbitur, impedimento omni cessante, et remota qualibet solutione

dacij, passagij, gabellæ, bulatarum,
fundinauis, et aliorum quorumcunq;
iurium et exactiōnum, uectigalium seu
tributorum, et quolibet alio impedis-
mento. Prouideaūscq; eis, si opus fues-
sit de securō et saluo conductu guidis,
victualibus, et alijs rebus eis necessa-
rijs, sibiq; faciatis per alios, quorum
inter est et interesse poterit, prouideri,
quibus tutius ipse Dominus Leo de
Rosmital cum hominibus supradictis
iter suum prosequi possit, et valeat cū
salute: Habeatisq; eum cunctis in suis
negocij, nostro intuitu, maximè cō-
mendatum. Quicquid enim cōmodi
et fauoris sibi et suis prælibatis homi-
nibus, commendatione nostris præ-
sentibus, et intuitu feceritis, id ipsum
nobis fore gratissimum, et ad com-
placentiam reputabimus singularem.
Vos verò nostri officiales, subditi si-

H ij

LITERÆ RENATI SICI: REG:
deles et obedientes, de vestræ obedi-
entiæ promptitudine habebimus me-
rito commendatos. In quorum pres-
dictorum testimonium, has nostras
patentes literas sibi scribi iussimus, et
fieri per vnum tantum annum et non
ultra efficaciter valituras, à die Datæ
præsentium in antea numerando.
Post quarum inspectionem singulis
vicibus illas restitui volumus præsen-
tanti. Datum apud locum nostrum
de Alueto prope villam nostrâ Sal-
muri, vndeclimo mēsis Maij. Anno
Domini: Millesimo, Quadringente-
simo, Sexagesimo Sexto.

Per Regem ore proprio.

Fardeau māppria.

¶ Inde ad Regem Francie contendentes in pago
Sose, quatuor milliaribus Sammuro distanti, noctem
transgimus. Deinde Turones peruentum est, treden-
cim milliarium itinere confecto. In hanc usq; urbem
Barones Bohemici, quondā Regi Ladislao coniugem

ITER D. LEONIS.

59.

petentes, progresi sunt, regemq; dimidio milliari ab urbe inuenierunt. Eam preterlabitur flumen Ligeris, quod longo ponte, partim saxeо, partim ligneo ster-
natur. In ea urbe tria sunt templa elegantiissima, si un-
qua eis similia confpexerim. Turonibus duobus mil-
liaribus distat arx Maylly, ex altera quinq; milliaria
bus Langeßium nuncupata. Hanc Rex denuo nouis ex-
magnificis operibus instaurare incipiebat, iamq; eo
tempore duæ turres ex lapide quadrato structura ele-
ganti, eductæ fuerant. Turonibus sepultus est diuus
Martinus, ex aliorum sanctorum corpora plurima.
Supra eam urbem, è regione situm est monasterium
elegantissimum ex amplissimum, quod Monachi or-
dinis diuini Benedicti inhabitant. Turonibus Ambosia
septem milliaribus abest, urbs est arcis subiecta. Arcem
frequentissime Rex Francie Senior inhabitare con-
suecerat. In ea natus est Rex iunior, qui tunc tempo-
ris, cum nos ibi essemus, imperio potiebatur, Ludo-
nicus nomine. Ambosia Bloyßum decem milliarium
iter est, hæc urbs cum arce à latere adiacente, Duciæ
Aurelianensis ditioni subiecta est. Pontem lapideum
pulchriorem nusquam uidimus, quam apud eā urbem.
Bloyſto ad sanctum Laurentium septem sunt millaria,
pagus est. Inde Bogentiam duo millaria, urbs est
arcis coniuncta, supra Ligerim amnem posita. Tunc
temporis, cum nos ibi essemus, nempe die Luna, post
festum missionis spiritus Sancti celebre, sexaginta ho-
mines in aquis submersi sunt, resq; monstro similis ac-
cidit, mulier enim inter eos in aquas delapsa, ultra

H ij

LITERÆ LVDOVICI

duo millaria sub undis cum infante nauit, quæ deinde
apud quandam urbem inuenta est : hanc rem nos uidis-
mus. Bogentia Madinum duo millaria, urbs & arx
colli imposita. In ea inuenimus Regem Francie cum
uxore, à quo Dominus honorifice exceptus, atq; cum
omni comitatu ad prandium invitatus est. In eo loco
permansimus nouem dies. Francie regnum est amplis-
imum, & omnium rerum abundantissimum, si uillum
aliud inter Christianorum regna.

LITERÆ LVDOVICI

Francorum Regis.



Vdouicus Dei gratia
Francorū Rex. Vni-
uerfis et singulis Regis-
bus, Principibus, Du-
cib⁹, Comitibus, Mar-
chionibus, Vicecomitibus, Connes-
stabularijs, Marescallis, Admiraldijs,
Senescallis, Baillinis, Presidibus, Se-
natoribus, Capitaneisq; & Ducto-
ribus, gentium. armorum, nec non
vrbium, oppidorum, portuum, alios

22

FRANCORVM REGIS. eo.
rumq; locorum & districtuum custos,
dibus, cæterisq; iusticiarjs & officia-
rjjs, tam subditis, quam confœdera-
tis amicis & benevolis nostris, ad
quos hæ nostre præsentes literæ per-
uenerint, præsentatæue fuerint. Salu-
tem & sinceræ dilectionis affectum.

Quia spectabilis & Magnificus Leo
de Rosental, Platinæ dominus; Seres-
nissimi fratri, consanguinei & con-
federati nostri charissimi Romano-
rum Regis familiaris, atq; Serenissi-
mæ Bohemiæ germanus, varia fan-
ctorum limina atq; diuersas mundi
prouincias perlustrare intendit: Nos
felices sui itineris successus desiderans-
tes, eundem cunctis per quorum ius-
risditiones iter sibi duxerit faciendum,
plurimum commendare decreuimus.
Quapropter vobis iusticiarjs, offici-
arjjs. & subditis nostris tenore præ-

H iiiij

LITERÆ LVDOVICI

sentium præcipimus & mandamus,
vos verò amicos, cōfæderatos, et bes-
neulos nostros attente rogamus,
quatenus, cum eundem Leonem ad
vos, regna, dominia, loca & distri-
ctus vestros declinare contigerit, in
huiusmodi suis transitu & reditu nos-
tri contemplatione, suarū etiam vir-
tutum ac meritorum intuitu, recom-
missum suscipere, benignè tractare,
atq; in his, quæ securitatem & celerita-
tem sui concernent itineris fauorabilē
et gratuitam voluntatem exhibere ve-
litis, ipsumq; & quos de eius comiti-
ua afferuerit, vñq; ad numerum qua-
draginta personarum equestrium vel
pedestrium, vñà cum bonis & rebus
suis vniuersis, per quoscunq; passus,
portus, pontes, terras, regna, domi-
nia, districtus, ciuitates, oppida, cas-
tra, villas, & quælibet alia nostra &

vestra loca, tam per terram, quam per aquas, absq; aliqua solutione dacij, pedagij, telonij, gabellæ, siue alterius cuiuscunq; exactionis onere, transire, stare, morari & redire die noctuq; securè et liberè permittatis, eidemq; familiæ, equis, et rebus suis, dum et ubi opus fuerit, atq; pro parte eorum adhortati fueritis, et requisiti, de seculo et saluo conductu prouideatis. Taliter inde vos iusticiarij, officiarij et subditi nostri in hoc habentes, quod de propria erga nos obedientia mereamini commendari: Vos vero amici, benevoli, et confederati nostri, sicuti nos pro vobis, et vestris velletis effectus ros. Quancunq; enim gratuitatem, amicitiam atq; fauorem, quam sibi, suis exhibueritis, illam nobis met ipsis factam esse ascribemus. Datum Mas dini supra Ligerim xxvj. die Mensis

H v

ITER D. LEONIS.

Mañj. Anno Domini: Milleſimo,
quadringenteſimo, ſexageſimo ſexto.
Et regni noſtri Quinto.

Per Regem, Domino duce
Barbonio Dōnis de Crufſol
& de la Forest & alijs
preſentibus.

Touſam māppria.

¶ Inde, retro ad diuum Iacobum itinere conuerſo,
Turones redijimus. Taronibus in pagum S. Catharina
peruenitum eſt, eō tanta hominum multitudine, uoti ſu
ſcepti perficiendi, uel delictorum expiandorum cauſa
concurrit, ut uix maiorem hominum frequentiam, in
toto Christiano orbe inuenias. Ibi nobis oſtēſe ſunt
reliquiae ſanctæ Catharinae, crines ex coſta digitusq;
eius. In templo eiusdem tredecim ſtatue viriles, ex
una muliebris, uulgaris hominum ſtature magnitudi
no, ex cera conflatæ ſpectantur. A Sancta Catharina
peruenimus Castelranium ſeptem milliarium itinere.
Urbs eſt ex arx, que amni preterfluente nomine Lic
ca irrigatur. Ea urbs Comiti, fratri Regis Sicilie,
ibi habitanti patet. Postquam eouenitum eſſet, ſas
tim Domino munus honorarium in diuersorium allas
num eſt, tamq; deinceps honorifice tractati ſumus, tu
necia an melius in ullo eius peregrinationis loco ha
biti fuerimus.

LITERÆ CAROLI

Cenomaniae Comitis.

62.



ARolus Cenomaniae,
Guisiæ, Moritonij,
Gienijç Comes, Vi-
cecomesç Castriayras
udi. Nec nō pro Do-
mino meo rege in suis patrijs linguae
Occitanæ, et Ducatus Aquitaniae los-
cumtenens Generalis ac Gubernator.

Vniuersis & singulis Principibus,
Ducibus, & Comitibus, Marchionis-
bus, Vicecomitibus, Senescallis, Bas-
illinis, Baronibus Militibus, Scutifes-
ris, Nec non vrbium, oppidorum,
portuum, aliorumq[ue] locorum & dis-
trictuum custodibus, cæteris iusticia-
rijs et officiarjjs, ad quos hæ nostræ
præsentes literæ peruenient, præsen-
tatæne fuerint, salutem et sinceræ dilec-
tionis affectum. Quia Magnificus

LITERÆ CAROLI
et Strenuus Leo de Rosenthal, Platnæ
Dominus, de Regno Bohemiæ, nos
bis exponere fecit, qualiter varia san-
ctorum limina, diuersasq; mūdi pro-
uincias intendit perlustrare. Nos fel-
lices sui itineris successus desiderantes,
eundem per quorum iurisdictiones
iter sibi contigerit faciendum, plurimū
commendare decreuimus. Quapropter
iusticiarijs, officiarijs, & subditis
nostris, tenore præsentium præcipi-
mus & mandamus, cæterosq; confe-
deratos & beneuolos nostros attente-
rogamus, quatenus, cum eundem Leo-
onem ad vos, dominia, loca, & dis-
trictus vestros declinare contigerit,
in huiusmodi suis transitu & reditu,
nostris fauore & suarum etiam uircutū
ac meritorū intuitu recommissum sus-
cipere, benignè tractare, atq; in his,
quæ securitatem & celeritatem sui cō-

cernunt itineris, gratuitam voluntatem exhibere velitis. Ipsorum & quos de eius comitiua asseruerit, usque ad numerum quadraginta personarum, eques strium vel pedestrium, una cum bonis & rebus suis vniuersis, per quos cunctus passus, portus, pontes, passagia, terras, dominia, districtus, ciuitates, oppida, castra, villas, & quae libet alia vestra loca, tam per terram, quam per aquas, absque cuiuscunquam exactionis onere, transire, stare, morari, & redire die nocturno securè & liberè permittatis. Eademque famulis, equis et rebus suis, dum et ubi opus fuerit, atque pro parte eorum requisiti fueritis, de securo et saluo conductu prouideatis. Taliter vos iusticiarum, officiarum, & subditi nostri in hoc habentes, quod de vestra obedientiae promptitudine erga nos mereamini commendari. Vos

ITER DOMINI

verò amici, benevoli & confederati nostri sicuti nos p vobis aut vestros rum aliquibus, velletis effecturos.

Quamcunqz enim gratuitatem amicis tiam atqz fauorem, quam sibi suisqz exhibueritis, illam nobismet factam esse reputabimus. Datum Castraya raudi, Prima die Mensis Iunij, Anno M. CCCC. LXVI.

Per Dominum Comite
in suo consilio.

Feude māpprid.

¶ Castelrantio deuenimus Pictauum, septem milie
uribus inde distantem urbem. Ea in monte posita est,
et arx infra urbem iacet, ea cum urbe, Episcopi cuius
usdām ditionis est. Pictauo Lusignanū sex sunt milia
liaria, urbs est cum arce, in editori loco sita. Sub ar=
ce uiuariū est egregium. Hanc arcem fœminā quan=dam adificasse uulgas fabulatur, quam in Draconem propter malitiam et petulantiam, commutatam esse peribent. Ea urbs est regio imperio subiecta, et adeò diligenter custoditur, ut nullus in eam, nisi regias habens literas, intrometatur: Ideò, quod Rex Francie, nullam præter eam, in eo tractu possideat, cum hostes habeat plurimos, Lusignano Mella septem milia

liaribus distat, pugus est ex arx in conualle sita. Ad eum locum proficiscentibus occurunt due arces, altera à dextera, altera à sinistra sita. Eae sunt sub domino fratri Regis Siciliae. Inde in urbem Sanctonum tria sunt milliaria. Urbs est elegans ex arx in piano sita, quam fluuius ille, qui Parisiorum Luteciam interfluit, præterlabitur. Flumina sunt quadraginta, quæ Galliam interfecant, sed ex ijs sunt quatuordecim latus, quibus merces in Galliam importantur. Sanctoribus Petrasanctam quinq; milliarium iter est: Ea urbs sylvæ adiacet, ex flumine Caranta rigatur, qui ex ipse mari miscetur. Petrasancta Punsum quatuor milliaribus distat, oppidum est in colle stium, quod duo suburbia habet, muro ex foësa munita. Punio Miranbiu quatuor milliaribus abest, uicus est arcis subiectus. Ad eum tendentibus arx Plasacium à leua spectatur. Miranbio Blayum septem milliarium iter est. Ea urbs via Compostellanæ imposta est, ita ut Parisijs, ex omnibus inferioribus regionibus Compostellam proficiscentibus, apud illam, fretum septem milliarium, transmittere necesse sit. Hanc præterfluit Garumna flumen, quod in mare sece exonerat. Hanc urbem Reges Anglie quondam centum ex quinquaginta annos obtinuerunt. Sed ea per foeminam quondam fatidicam, quæ totum etiam Gallie regnum ab Anglis receperat, recuperata est. Illa mulier, pastore quodam nata tanti à Deo uirentibus ornata fuit, ut quocunq; aggrederetur, ad exitum perduceret. In bonissimo autem prælio à Rege Anglie copia ex im-

ITER DOMINI

Angliam perducta, postquam iussu eiusdem ibi equo
enco imposta, ex per urbem Londinensem traducta
esset, flamarum violentia enecata atq; demum in cis-
neres, qui in mare postea dissipati sunt, redacta fuit.
Ad eam urbem contendentes, triduum per nemora
quercubus ex Castaneis consta, iter fecimus, in qui-
bus exigua alij generis arborum copia reperitur, pre-
ter eas quas dixi. Per duo millaria urbi proxima-
nia est difficilior paulò, ex impeditior. Pecora, fe-
rasq; pulchriores nullibi vidimus, neq; uisuri sumus,
quam apud eam urbem. Ibi Garumnam fluuim am-
plissimum, qui in mare influit, uicissimq; a mari efflu-
it, traiecerimus. In ea urbe diuine Appoloniae, s. Romae
ni Episcopi, Rolandiq; sepulchra contemplati sumus.
Hic Rolandus filius Salomonis Regis fuit, qui iussu
eius interfectus est. Gladius ipsius quoq; ibi afferua-
tur, undecim spithamarum mearum ex dimidia lon-
gitudine, hic fuerat diui Oliuerni, qui socius fuerat
Rolandi. Extat etiam ibi Sepulchrum s. Belandæ,
que filia Salomonis Regis ex soror Rolandi fuerat.
Ea tanta statura proceritate eminebat, ut ei par ma-
gnitudine nulla femina sit conspecta. Ex ea urbe sol-
uentes, Garumna fluuio traecto Burdegalam appuli-
mus. Hec urbs est amplissima, tresq; arces in se con-
tinet. In fluminis transmissione insulas aliquot con-
spiciebamus, diuersis locis stas, in earum una, aprè
diuersantur, in altera Phasi, in tertia uineta pul-
cherrima conspicuntur. Burdegala Belinum octo
milliaribus distat; nulla tantummodo est inter sylvas
desertas,

desertas, Compostellam iter habentibus obuia, ibi nos
 etem transegimus. Belino Erfetum decem milliarium
 itinere distat: uicus est in deserto intra sylvas situs.
 Erfeto Farinam quatuor sunt millaria, pagus est. Far-
 rina Daxium octo millaria, urbs ex arx est, locis
 palustribus sita, sub montibus altissimis, qui niuibus
 nunquam liquefcientibus semper albent. Ab ea urbe
 tribus milliaribus à via defleximus in ihermas, ubi lac-
 nimus, ex multiplicia obleftamenta habuimus. Daxi-
 um preterfluit amnis Dura nomine, satis magnus, qui
 ponte ligneo sternitur. Inde miliari uno iacet pagus,
 in quo etiam aquæ calidæ scaturiunt. Daxio Baio-
na septem milliaribus distat, urbs ampla, duas habens
 arcæ, diuerfis urbis partibus sitas, quarum altera no-
 ne, altera ueteris nomine nuncupatur. Per eam ur-
 bem bipartito aquæ marina diffunduntur, miscenturq;
 cum aqua dulci. In hac tantus trutarum ex Salmonū
 piscium numerus capitur, ut uix fidem sit habiturus is,
 qui ipse non fuerit ea intuisus, ijq; uili precio ueneunt.
 Hec urbs sita est in finibus Gallie ex Hispanie, dis-
 stantq; à montibus Hispanie quatuor milliaribus, qui
 Galliam ab Hispania dirimunt. Ab ea urbe quatuor
 milliaribus adhuc Gallia usq; ad fines patet. Baiona
Santiandelussum, tria sunt millaria: pagus est ad mare
 situs, in quo edes sunt omnes regulis lateritijs confe-
 cte: ei montes imminent, quos nobis superare necesse
 fuit. Ab eo pago miliari uno disiacet urbs, ad uiam
 Compostellanam, loco edito, iuxta mare posita. Eam
 rigat fluminis, qui quatuor regionum terminus est.

ITER DOMINI

Gallia scilicet, Hispania, Navarra, & Gasconia.
Amni Bidasum nomen est, urbi Pontarabia. Sanias= delusio Ernani quinq; distat milliaribus: urbs est in monte sita, flumine præterfluente Vronica alluitur. Circa hanc urbem in ijs montibus tanta est arborum pomiferarum copia, ut nullo in loco maiorem vide= rim. Serunt eas sicuti apud nos canabim. Unus ciuis aut agriculta aliquot earum millia possidet, quas ea de causa tam multas plantant, quod, cum uinum non ha= beant, cereuissiamq; ignorent, potum sibi ex pomis cō= ficiant. Ea regio altissimis montibus cingitur, dici= turq; Biscaya. Ibi primum uidimus feminas & puel= las capite raso incidentes, inter quas rarissime, que crines alerent, inueniuntur. Tamq; mirabili uestitu feminae puellæq; utuntur, ut ei similem in nulla earum, quas peragruimus, regionum confixerim. Erna= nio Tolosetam trium milliarium iter est. Urbs hac sub montibus sita, flumine Orio lambitur. Is trutaru piscium maximè est ferax, duobusq; pontibus lapideis sternitur. Toloseta Virealium quatuor milliarium via proœfsum, pagus est montibus altissimis subie= clus. Virealio Dunacum quinq; milliarium & dimis= dij iter est, hic uicus iidem montibus subiacet, in con= ualle loco uliginoso. Dunaco quinq; milliaribus dis= stat Diuium, urbs non admodum ampla, sed populo= sa, inter montes sita. Eam præterlabitur fluuius no= mine Velbada, ponte lapideo iunctus. Huic urbi mon= tes excelsi ferrifodinas habentes, frequentibusq; vineis consti, imminent. Ab ea urbe mare uno millari distat.

Ultra Diuinium milliari uno incipit regio, nomine
Malmazeda. Dinatio Malmazedam quinq; milliariorum
 nucus est muro cinctus sed exiguis, quem annis Cadez-
 cum nomine præterfluit: bunc annem intra quinq;
 milliarium interuallum decies septies transuadauimus,
 ibiq; mirabilis casus nobis accidit. Flumen id Cadez-
 cum ponte ligneo non ualde longo iunctum est, supra
 pontem in colle turris eleganti structura edificata cer-
 nitur, quam incolunt ij, qui uetigal à transeuntibus
 exigunt. Ad eum pontem cum nos uenissimus, porto-
 riumq; quoniam nullo uspiam in loco à nobis antea
 exactum fuisset, exoluere recusaremus, equos nobis,
 qui præcedentes impedimenta nostra ferebant, publis-
 cani ademerunt, atq; insuper concursu ex turri facto
 trucidare nos uoluerunt. Nos contra defensionem pa-
 rare, sclopertos expedire, atq; in eos dirigere. Sed
 Dominus, ne à quo sclopettum exploderetur, aut telum
 stringeretur, prohibuit. Nam si quispiam eorum à
 nobis sauciatus fuisset, omnes ab illis trucidati fuisse-
 mus. Quod postea unus ex illis fatebatur: Ita inter
 ipsos constitutum fuisse, si unus ipsorum uulnus acces-
 pisset, ut nos omnes occiderent, et quod in capsis
 manticisq; haberemus, id loco portorij, quod exol-
 uendum nobis fuisset, auferrent. Portorio exoluto
 equos ab illis, et literas insuper consignatas recepi-
 mus, ut si quid eiusmodi eveniret, earum praesidio tua-
 tiores essemus. Malmazeda vilsanum tribus milli-
 aribus distat. Pagus est muro cinctus, in quo Chri-
 stiani pariter et Iudei, unanimiter uiuantes, habitant.

I ij

ITER DOMINI

Christiani cum pagum incolentes diebus Sabbati pulmonibus ex iecinoribus animalium uescuntur, sed ceteris carnibus abstinent. Cum huic rei causam queremus, responsum est, eas res Carnes non esse, sed in carne contineri. In eo pago moriuitus est equus Domino gratissimus, in quo Dominus maximam spem habebat, eum quam diutissime uicturum. Pagus hic montibus subiectus est. Hinc profecti per montana iter fecimus, ibi alter equus Domino expirauit. In iis locis primum cōperimus Christianos diebus Sabbati carnis uesci. Per ea montana, via admodum aspera et impedita iter faciendo, tredecim dies consumpsimus. Villasano Medina de Pumare quinq; milliarium inter se ualio disiacet. Urbs hac montibus subiecta est, et Comitis cuiusdam dominio patet, fluuiοq; preterlabente nomine Riuo alluitur. Apud eam monasterium elegans uisitetur. Inde duobus milliaribus pagus distat eiusdem Comitis, in quo sal sole duratum conficitur, quod hoc sit modo: Aqua aliunde deriuata in piscinulā quandam uel lacunam immittitur, ubi aliquandiu relinquitur, ut concrescat et duretur, atq; ita sal in similitudinem lapidis efficitur. Medina de Pumare Czerneolum septem sunt millaria, pagus est. Ea die, qua pagum illum peteremus, montes attigimus, in quibus nulla alia arbor crescit, quam buxus, triduumq; per illos montes iter fecimus: verū omnes fermè dolore capitum laborauimus, ex grauiſſimo illarum arborum odore, quem tunc temporis pluviae solute et calefacte, aduerſiſſimum naribus nostris emittebant. Ii mōs

les maximam copiam ferunt fruticis, qui rosmarinus appellatur. In illis locis ad ignis alimenta buxo & Rosmarino utuntur. Czernclo Burgi septem milliaribus distant. Citra Burgos duobus milliaribus finitur Biscaia, & incipit Hispania. Burgi est urbs & arx urbi superimposta, in Hispania sita, elegans & ampla, eiusq; Regni baud postrema. Ibi uniuersa, que uenent, certo pondere appenduntur. In ea templo est elegantissimum, in quo tabula altari pretesa, pulcherrime depicta, & artificiosissimo opere exalata uisitatur, ita, ut omnes à me conspectas, ea in re, longo post se intervallo relinquato. Ibi quoq; statua Deipare virginis pulcherrima, tota argentea & incurata spectatur, quam trecentarum argenti marcas rum pondus equare perhibent. Conflationis uero tantum esse precium, quanti ipsa materia constat. Multeq; aliae sanctorum reliquie in eo fano esseruantur & ostenduntur. Huic adiuncte sunt due turres eleganter ex lapide quadrato extructae, tertia tum, cum ibi esset, edificabatur. Patibulum habent unum in urbe, alterum extra urbem in loco edito. Burgis miliarib; uno mons abest, quem urbem potentibus superare necesse est: per eum sole splendente, iter facere ualde est aduersum: Constat si quidem mons ille lapillis quisbusdam pellucidis, qui Solis splendore illuminati, lucent illam, ut in speculo fieri consuevit, repercutiunt & reflectunt, quæ ad oculos perueniens, ijs est aduersissima. Vrbs isthac montibus subiacet in loco declivi, quam rigant duo riu*i*s sine nomine. Sed is, qui proprius

I iii

ITER DOMINI

urbem alluit Arlazon nominatur, qui duobus pontibus
lapideis iungitur. Extra urbem monasterium nouū ele-
gans uisitatur, quod Episcopus quidam, qui ē prosapia
Genitricis Dei originē ducere ferebatur, extruxerat.
Is quatuor fratres habuit, hos omnes ad Christi fidem
per ductos sacro baptisme lustrauit, parentem itidem
utrumq; natione enim Iudei erant. Qui omnes in ea
templo singuli sepulchro peculiari, magnificè extru-
cto, tumulati sunt. Ea tempestate, cum nos Hispaniam
peragraremus, eorum quatuor fratrum, unus adbuc
superstes erat, is in ordinem equestrem cooptatus fue-
rat. Hic nos in hospitio uisitauit. Dominumq; cum
omni comitatu, saluum eorum aduentum gratulatus,
humanè excepit, quaestusq; ex quibus regionibus ad-
uenissimus. Cui, cum ē Bohemia nos esse, quam illā
altam Almaniam cognominant, responderetur, refere-
bat ille se quoq; in Bohemia fuisse, ibiq; equestrem di-
gnitatem consecutum esse. cum Albertus Rex Tabo-
rensem urbem ob sidere. Posthac orabat Dominum,
ut illud monasterium, quod Archiepiscopus frater su-
us edificasset, et ubi parentes sui ac fratres tumulati
essent, inuiseret. Domino annuente, deduxit nos in
templū illud, ibiq; nobis sepulchrum Archiepiscopi et
reliquorum fratrum suorum, postremo et suum pro-
prium, in quo uita functus, sepeliendus foret, quod ele-
ganti opere erectū fuerat, commonstrauit. Verū enim
uerò Archiepiscopus ille, cum parentibus et fratrib⁹
omnibus inter diuos ab Hispanis relatus est. Quidimō
et ille qui adbuc in viuis erat, pro S. uiro habebatur.

11

Ille Archiepiscopus suo ipsius et crescentes Christianos captiuos ab Ethnicis redemit, atque in singulos uenit novam, et aureos aliquot nummos dedit. Eas autem uestes, quibus illi ex captiuitate redeentes indui fuerant, omnes in eo templo, in perpetuam eius facti memoriam, suspendi curauit, quas nos omnes uidimus. Est et alierum adhuc monasterium, haud procul ab urbe. In eo asseruatur crux quedam, ei simulachrum hominis, pilis in capite et barba uestitum, affixum est. Eius imaginis singula membra magna cum reverentia, canentes, et omnibus campanis insonantes, sacerdotes attractabant. Referebantque Domino, eam imaginem annis ab hinc quingentis in mari repertam esse, adjiciebantque a nemine investigari posse, unde terrarum appulsa esset. Insuper addebant, inventas esse cum eadem imagine, in arca pice illata, tabellas quasdam, in quibus scriptum erat: Cuicunque littori illud sacrum corpus undis appulsum esset, ut id receptum magnifice, in loco honesto, uti deceret, deponeretur. Hoc autem modo id sacrum corpus inventum fuisse enarrabant. Nautae Hispani, cum in quandam regionem cursum tenentes, pelagus sulcarent, in Galeonem, cui sacratum illud corpus impositum erat, inciderunt. Et primum, cum perculcererent, nauem esse hostilem rati, in magnam timorem ad ducti fuerunt. Ad resistendum igitur se se preparabant, ut in mari consuetudo est: Cathalonios enim (quod licet Christianae professionis homines sunt, plurimum tamen in pelago predari, et cunctis timori esse consuerunt) adeisse existimabant. Deinde magno cum metu ad nauim propius

I iij

ITER DOMINI

accedentes, postquam in naui nemo conspiciebatur, insidias esse arbitrati, et eam ob causam se se homines occultasse, quosdam suorum in parvo lembo exploratum emiserunt, ut eō citius, si periculum impenderet, ad suos se recipere possent. Is paululum proiecti, nullo tumultu, sed magno silentio in naui perfecto, propius, uerū non sine magno timore, accedere, et alii qui eorum Galeonem etiam illū concendere sunt aucti. Vbi tamen neminem repererunt, preter iam dictum corpus. Naui igitur ea, cum corpore et cruce assumpta, retrò in patriam Burgos redierunt. Illud corpus omnes, qui in domini comitatu fuimus, spectauimus. Nilq; magis demirabamur, quam, quodā Sacerdotibus eius collegij dicebatur, nemini compertum esse, unde id corpus, quod cruci affixum esset, aduenisset. Id est statura magna et procera. Secundūm ea, sacerdotum quidam altari consenso, omnia istius membra attrectauit et commouit, pedes, manus, et omnes flexuras. Crucem illam personamq; ante annos ducentios, magna in eo monasterio miracula edidiſe peribent, ut etiam mortuos ad uitam reuocaret: Sed ex eo tempore talia facere desijſe. Spectauimus etiam in ea urbe, uenationem taurorum effratorum, quos canibus uenaticis capiunt. In Hispania enim et Portugallia pecora non domi aluntur, uelut in alijs regionibus, sed in desertis locis, queq; Domini sui signo notata pascuntur. Caseus namq; et butyrum ibi non conficitur, nec scinunt incolæ, quid caseus uel butyrum sit. Butyri autem uice oliuarum utuntur oleo, cuius

ibi magna est copia. Ceterum cum tauris illis talera diebus festis oblationem habent. Captis ex armento tauris duobus vel tribus, sigillatim eos in urbem intromittunt, preclusisq; plateis, & consensis equis, eos circumagunt, & spiculis vel sagittis in modum stimulorum confectis in eos iaculantur, ita, ut in uno tauru plurima talia spicula aliquando bereant. Ille incitatus & inflammatus undiq; circumcurrit, & obuiū quenq; aggreditur. Postquam cursu defatigatus & spiculis confectus fuerit, canes demum duo vel tres in eum immittuntur, qui cum mordicus auribus arreptum firmissime tenent, adeò, ut ex aliud quodcumq; arripuerint ijs nulla ui eripi queat, nisi id abscindatur, aut ijs ferro ora aperiantur. Eius tauri caro ciuibus non diuenditur, sed tantum rusticis. In ea uenatione taurorum unus equum interemit, ex hominem, aliosq; duos equos levit. Tertium monasterium haud procul ex Burgis, in quo est tabula altari praefixa argentea. Id monasterium Rex Hispanie exire curauit, cum id in bello, si sibi à Deo uictoria de Ethnicis hostibus concederetur, mouisset. In eo cenobio sunt Moniales formosissime, inter quas vel earum ministras, nulla est inferioris conditionis, sed summo genere, uidelicet ex Ducum, Comitū, Equitū, Nobiliumq; prosapijs natae. Ex Dominum, comitatumq; ipsius humanè exceperūt, uarijsq; ludis delicijsq; ut choreis ex eiusmodi rebus, refecerunt, atq; in hortos elegantiissimos, uarijs arboribus ex herbis constitos, deduxerunt. Burgis Lemanuimus octo milliaribus. Ea urbs in monte pos-

ITER DOMINI

Rila est, arcemq; coniunctam habet, & Comitis cuiusdam dominio subiectur. Hanc petentes, circa viā unā dig; frutices eratos, qui rosmarini nomen habent, vidimus, & arbusculas quasdam non admodum alias, que florem rosae similem producunt, gratiūq; odorem non flores, sed folia earum emitunt. Lema Roam sex ptem sunt milliaria. Ea urbs tumulo imposita est, plaznitie circundato, arcem itidem coniunctā à latere prospicit, & dominio Episcopi cuiusdam Castilici pareat. Ad eam contendentes, transfluimus syluam, nullas alias arbores, quam Iuniperos & Sabinas, que apud nos in bortis plantantur, ferentem. Postea per campos in cultos salviā & rosmarinum producentes iter babuimus, ij per quinq; milliaria extenduntur. Postquam ad eam urbem uenītū esset, intramittere nos noluerunt: bellis enim tum ex regiones infesta erant. Ibi in itinere equus nobis ablatus est. Ab ea urbe dimidio milliarii processimus in pagam nomine Duron, ibiq; comorati sumus per triduum, fidei publicæ diploma à Rege Hispaniæ expectantes: Nam in ea regione mos est, qui externas ibi, locorum celebrium uisendorum causa peregrinari cupit, ut à Principe eius regionis diploma habeat, quo tutius eius prouincias peragrare possit. Eum locum fluvius Durius nomine praterfluit, ponte lapideo nō adeò longo constratus inde Nauam duorū milliariū iter est, is pagus sub montibus suis, & Episcopi cuiusdā Hispani ditioni subiectus est. Ille Episcopus ministrū suum nobiscum misit, qui esset duces uia Segoviā usq; ubi Regia sedes est. Naua Fon-

teduenda tria sunt millaria. Id oppidū amnis läbit ~~Caz~~
stama nomine. Fonteduena Villafuentem 5. milliarium
 interuum est. Is uicus in piano situs est, uinetis pul-
 chris circumiacentibus. Ad eū per 5. millaria iter est
 campis incultis, pineas sylvas, rosmarinos frutices,
 saluiam, pulegium minus, & alias herbas innumerā
 ferentibus. Toto istius peregrinationis tempore nullis
 in locis, plures sylvas pineas confeximus, quam ibi.
 Quamuis & Gallia ijs abūdat: attamen nō tā frequen-
 tes in ea uisuntur. Illius pineti eo melius recordor, quod
 equis labore fessis, duo nostrū pedes, id nemus trans-
 uimus, atq; ex magno estu stii correpti, potū, quo eā
 leuaremus, nancisci non potuimus. Haustum namq; uin
 uel aquæ aureo nummo iunc redemissemus. Eodem die
 Dominū amissimus, curſū enim eius equare non potui-
 mus. Iamq; magno sociorum desiderio tenebamur, quā
 cepissent uiam ignari, donec à Sacerdote quodam ad
 nostros iam ultra duo millaria p̄gressos perduci su-
 mus. Villafuente Cantipalū 6. sunt millaria, pagus
 est, in quo primum uidi quopactio in ijs locis frumenta
 triturentur mulis uel bobus. Huic instrumento femina
 quædā cum infante infidebat, & tritubabat. Quid hoc
 sit modo: Tribulū in similitudinem ualue, ex afferibus
 uel signis flicibus, interpositis uel tabulae infixis, con-
 tabularū est Quid super frumentū in area dispositum,
 ponitur, & postea hinc inde uectatur, donec stramen
 tanquam palea, conteratur. Stramen id Pazem di-
 cunt, atq; bobus ex equis illud subternunt, nam aliud
 stramen non habent. In eo pago mansimus sex dies.

ITER DOMINI

S. Canipalo Segouia tribas distat milliaribus. Vrbs est
arci iuncta. Ibi offendimus Regem Hispanie. In urbē
tamen intrandi non statim nobis copia facta est, sed à
Rege in pagum quendam dimidio milliari ab urbe di-
stantem, Santescopum nomine, commigrare iussi su-
mus: Nam in urbe locus, quo diuerteremus, dum Rex
ibi esset, non erat. Sed Rege discedente demum in ur-
bem intromisi sumus, eo tamen nondum uiso. Eo
postquam uentum est, primum iussu Regis in mona-
sterium quoddam dedusti sumus, quod ante annos duos
decim, Rex à fundamentis opere & structura magni-
fica erigi curauit. In eo templo tabula est elegantiſi-
ma altari p̄fixa, auro argentoq; exornata. Ita fas-
ma tenet, edificium illud templi, cum tabula iam di-
cta, regi duodecim aurorum millibus constare. Cho-
rus est auro & artificioſiſimis lapidum sculpturis
(quas raros artifex, etiam ex ligno, in effingendo
emulari posse reor) pulcherrime exornatus. Porticū
uel deambulacrum nullo in loco puebrius oculis nostris
intuiti sumus, quam in eodem monasterio. Sed postea
ulterius progresi longè ornatoria uidimus. In medio
illius deambulaci hortus est admodum amarus, uer-
rijs berbis, arboribusq; cupreſcis, & alijs diversi ges-
meris instructus. Hoc cænobium monachi institutione
diuī Francisci incolunt. Postera die ducti sumus in ar-
cem, quo non omnes simul, sed quinque tantum intromi-
tebamur, ideò, quod ibi tbesauri regij precipui aſser-
mentur, bellaq; tunc temporis in ijs regionibus gera-
rentur. In ea arce Palatum est elegantiſimum, auro,

argento, cœruleoq; colore, quem Azulium uocant,
 exornatum, pavimentaq; lapide Alabastro constrata.
 Spectantur etiam ibi porticus due ex eodem lapide ex-
 dificate. In eo palatio, circumqueq; simulacra Res-
 gū, qui ab initio regni ordine regnarunt, numero tri-
 ginta quatuor efficta uisuntur: Quæ omnia ex puro
 auro constata, eos singulos in sellis regijs sedentes, ex
 scepterum pomumq; manu tenentes, representant. Omnesq;
 Reges Hispanie ea lege tenentur, ut, qui stat
 diademate regio insigniti ex confirmati, tantum an-
 ri, Imperij sui tempore, congerant ex accumulata,
 quod gravitate, ipsorum corporis pondus æquet, ut
 uita functi inter alios reges in Palatio Segouensi locū
 habere possint. Ego quidem arcem bac elegantiorem
 in Hispania non uidi, neq; auro, argento, ex alijs cle-
 nodijs ditionem. Nam ferunt Regem Hispanie præcie
 puos thesauros, resq; pretiosas in ea arce reconditas
 babere. Ex eo palatio perducti sumus in quinque
 conclavia alia, quæ extorta ex Alabastro, ex auro
 ornata fuerant, eorumq; solum Alabastro albo con-
 stratum erat. In ea Camera, in qua Rex somnum ca-
 pere consuevit, laquearia ex solido auro refulgent, ex
 fragule lecli itidem ex auro contextæ conspicuntur.
 Tapetis illius, qui supra lectum dependet, textura,
 preter materiam, ex qua contextus est, mille septen-
 gentis Coronatis Francicis Regi constare dicitur.
 Aliaq; complura in ea arce uisu digna conspicuntur.
 Tertia die deducti sumus in monasterium ex altera
 parte urbis fitum, quod etiā Rex, atq; alia duodecim

ITER DOMINI

admodum pulchra, extrui curauit. Ea urbs in cō=
ualle inter montes sita est, non adeò ampla. Ab uno
urbis & arcis latere montes altissimi conspicuntur,
alterum latus non ita excelsi occupant. In ijs monte=
bus magna est copia lacertarum & scorpionum, ut
nunquam plures simul uiderim. Locus in quo urbs ia=
cet, paulo editior est. Vrbem præterfluit fluuus pō=
te lapideo admodum excelfo constratus, ut curru uel
equo transiri nequeat, sed pedibus tantum. Nam ascen=
su est ualde arduus, & descensu præcepis. Referebas=
tur nobis, eum pontem per unam noctem à Diabolis
extructum esse, qui totus ex saxo quadrato constat.
Ea nocte, qua pons edificabatur omnes ingens horror
& pauor inuaserat, ex qua tamen re oriretur igno=
rabatur, cum ecce summo mane pons nunquam antea
uisus apparuit. Id accidit ante quam nos cōuenisse=
mus, Segouia Santiustam octo sunt millaria, in eo
 pago triduum expectauimus, dum à Rege, ut nos Ol= x
medium conserremus, accerseremur. Distat autem Ol=
medium Santiusta tribus miliaribus. In urbe Olme= y
densi offendimus Regem Hispanie. Ibi D. Iohannes
Zehrouiensis lucta certauit cum quodam Hispano,
quod tres Episcopi, & alij homines complures spe= ctauerunt, sed Rex ei certaminī non adfuit.
Ceterū cum iam certamen ineundum esset, conditio uel lex
certaminis D. Iohanni dicebatur : id ibi in lucta cer= tamine moris obseruari, ne alter alterum locis, uel
membris, quæ infra zonam sunt, sed supra zonam pres= benderet. Certamine initio D. Iohan: Zehrouiensis

bumeris lactatoris præbensis, appressit eum ad scamnum lapideum quoddam (homo enim ille erat parua, Dominus uero Iohannes procera corporis statura) quo ille adactus, pede quodammodo iubauit, quem D. Iohannes labentem adegit, ut caderet, superq; lapsum sedis. Sed hæc uictoria prospera sorte D. Iohanni obiit: Nam id, quod eum prostrauerit, ijs Episcopis & alijs hominibus, qui spectabant, magna admirationi fuit, nunquam siquidem is eo certamine antea uictus abiit. Rex hæc de re ab ijs edocuit, misit eosdem Episcopos, & aliquot ex ordine equestri, ad Dominum, qui ipsum nomine suo rogarent, ut D. Iohannem secundo cum luctatore certamen repetere iuberet. Eo renuente, Dominus nolens Episcoporum postulata irrita esse, mandauit illi, ut iterum cum isto luctatore certamen aggredetur. Quo facto luctator admodum leuiter D. Iohannem humili posuit. Huius certaminis spectaculo ipse Rex, atq; Episcopi illi adestant, alijq; homines, qui magna letitia exultantes uictoriæ ei gratulabantur, quorum clamore Rex, Episcopi, & alij ex nobilitate magnoperè offensi sunt. Secundum ea ille ipse luctator in diuersorium ad Dominum acceperit, attrectansq; eum dicebat, magno corporeis robore illum præditum esse oportere, appresensaq; Domini dexira, paululum eum à priori loco seduxit, quod Dominus magnoperè mirabatur, quid sibi hac re uellet. Postea ccedens ad Iohannem Zebrouiensem imposta manu sua humero ipsius, sa' tu manum suam, bumerumq; illius, coniunctis pedibus

ITER DOMINI

superfluit. Tum D. Iohannes dicebat ad Dominum: Nunquam hercle ei similem conflexi, ut tam parvus homuncio tanto robore polleret. Si non experius essem, non ipse fidem adbiberem. Illa uero fama de ipso erat, sed nos id non uidimus, eum armis onustum, per quinq; uel sex milliaria tam celeriter currere consueisse, ne nullus, interiori tantum linea ueste indutus, eius cursum aquare, multo minus superare posset. In urbe Olmedana, Rex frequentissime habitare consuevit. Ab eo Dominus ex comites eius symbolum uel sodalitatem expetebant, quod illis Rex attribui curauit. De hac urbe aliud, quod scribam non habeo, nisi eam ab hominibus incoli, ipsis Ethniciis deterioribus. Nam Sacrifico Corpus Dominicum in Missa eleuante, nemo in genua procumbit, sed stantes permanent, tanquam bruta animalia: Vilam uero tam impuram ex Sodomitac agunt, ut me eorum scelera enarrare pigrat pudeatq;. Quinimo ipsis hoc prædicant, huic urbi similem in tota Castilia non inueniri. Quod facile crediderim, ita rem sese habere: Nam in nos ter impetum fecerunt, exitium nobis struentes, aedesq; ex conlauis oppugnantes. Cumq; nostrum aliquis aedes egressus esset, iaciebant ex spuebant in eum, alijsq; conuicti afficiebant, causam querentes, ut ea, qua habebamus, eorum commodius nobis eripere, atq; insuper nos trucidare possent. Inter eos multi habitant Ethnici, qui vocantur Sarraceni, sed utri meliores sint, Ethnici an Christiani, non facile iudicauerim. Hec etiam iniuria nobis ab illis illata est: Iohannes Zebrouiensis collaudens cum

dens. cum quadam puella, mammam illius attrectauit,
 quod uidens quidam Hispanus, maledicebat illi lingua
 sua, id autem à nobis non fuit intellectum. Ad quem
 accedens D. Iohannes colaphum illi inflixit, atq; è di-
 uersorio eiecit. Postea duarum ferme horarum spa-
 cio intericto, ille collectis quadringentis circiter hos
 minibus ades nostras adortus est, trucidare nos cupi-
 ens. Id factum cum Rex resciuisset, statim viros quo-
 dam nobiles misit, qui eam rem sedarent. Eo tempo-
 re magna dissensio erat inter regni procères, nam eorū
 pars maior regis fratrem suffragijs suis regem decla-
 rauerat. Quam ob causam tunc temporis unum ex
 eis, ueste aurata amictum, Rex comprehendi, eumq;
 in locum supplicij duci, atq; supra columnam ad id
 præparatam collovari, iaculisiq; impeti, eadem ueste
 induitum, iussit. Querenti mibi, cur eiusmodi suppli-
 cio afficeretur? responsum est: Eam in illa regione
 consuetudinem esse, ut si quis morte mulctandus sit, eo
 modo interficiatur, aliud enim se supplicij genus non
 nosse. Scopus qui peti debet, in mamma eius dextra si-
 gnatur. Quis scopo quam proximum locum tetigerit,
 datur illi uiginti quatuor Maravedini nummi ænei.
 Sed scopo aberrans aureum Hispanicum soluere co-
 gitur. Quam pecuniam postea in coniuia et potas-
 tiones insummunt. Et quicunq; uult iaculandi potes-
 statem babet, nulliq; id dedecori, sed honori potius
 imputatur. Huiusmodi suppicio ipse adfui, multosq;
 scopo aberrasse uidi, qui omnes singulos aureos num-
 mos deponere sunt coacti. Rursus in Biscaya aliud

K

LITERÆ HENRICI

Supplicij genus spectauit: Qui morte est afficiendus, in supplicij locum adductus, catena mediis constringitur, & columnæ vel palo ferreo alligatur. Circa eam columnam extrauntur quatuor pyre, ipsa columnæ ultiores, quæ accenduntur. Et antequam ignis excitatus substidat in cineres, totus homo comburitur, ossibus tantum manentibus integris. Contemplatus sum & alia suppliciorum genera uaria, quæ in nostra regione in usu non sunt. In Biscaia in unaquaq; urbe paulo maiori, patibula habent, columnis, quæ in medio foro erigi solent, adiuncta. Et si quis suspenditur, intertium usq; diem in patibulo relinquitur, postea deponitur, & in cæmiterio tumulatur. Tamq; seuerè furea ibi vindicantur, ut, si quis obuli pretio rem quampiam abstulerit, suspendatur.

LITERÆ HENRICI

Castellæ Regis.



ENRICUS DEI GRATIA
Rex Castellæ, Legio-
nis, Toleti, Galeciæ,
Ispalis, Cordubæ,
Murcie, Iahennæ, Al-
garbæ, Algexiræ & Gibraltal, ac Do-
minus Biscaiæ & Molinæ, Vniuersis

& singulis, serenissimis confratribus
nostris, Regibus, Illustribus & Venes-
rabilibus, Secularibus & Ecclesiastis-
cis Principib⁹, Magnificis, Ducibus,
Marchionibus, Comitibus, Baroni-
bus, cæterisq; nobilibus, clientibus,
et officialibus quibuscunq; in ciuitati-
bus, terris, castris, villis, oppidis, &
vbiliter constitutis, tam nostræ, quā
alienæ iurisdictioni subiectis, cuius-
cunq; gradus, dignitatis, præemis-
nentiæ, vel conditionis fuerint, ad
quos præsentes nostræ literæ perue-
nerint, amoris incrementum, & salutē
in Domino sempiternam. Cum in
præsentiarum Nobilis vir Leo de
Rosmital de Blatna, Illusterrimi Do-
mini Federici sacri Romanorum Im-
peratoris semper Augusti familiaris,
ac eiusdem Imperij fidelis dilectus ad
nos personaliter se contulerit, cupiatq;

K ij

LITERÆ HENRICI

quibusdā de causis animū suum mo-
uentibus ad diuersa regnorū nostros
rum, eorundem & dominiorum, los-
ca, & ad alias mundi partes proficiisci,
Nos huiusmodi suum laudabile pro-
positum comprobantes, cupientesq;
præfatum Leonem in sui itineris pro-
gressu plena vbiq; securitate et immu-
nitate gaudere. Vniuersitati vestræ
ipsum quantum possumus sincerè cō-
mendamus affectu, eandem vniuersi-
tatem exhortantes: Subditis verò nos-
tris districtè præcipiendo mandan-
tes, quatenus eundem Leonem, cum
ad vos declinare contigerit in huius-
modi suo transitu, nostræ contempla-
tionis intuitu recommissum suscipere,
fauorabiliter tractare, atq; in his, quæ
securitatem & celeritatem concernunt
sui itineris, velitis gratam ostendere
voluntatem: Ipsumq; cum familia,

equis, rebus, & bonis suis vniuersis,
per quoscunq; passus, portus, pontes,
terras, regna, dominia, districtus, ci-
uitates, oppida, castra, castella, villas,
& quælibet alia nostræ & vestræ ius
risdictionis loca, tam per terram, quā
per aquas, absq; aliqua solutione das-
cij, pedagij, gabellæ, fundinauis, seu
alterius cuiuscunq; exactionis onere,
impedimento & molestia, cestantibus
quibusuis, ire, transire, stare, morari,
& redire securè & libere permittatis
& permitti faciatis, sibi, familiæ, equis
& rebus suis, dum & vbi opus fuerit,
atq; pro parte ipsorum desuper ad-
hortati & requisiti fueritis, de seculo
& saluo conductu prouidendo. Id à
vobis ad rem nobis gratissimam as-
scripturi, & à nostris, ad seruitium
singulare, offerentes nos ad similia &
maiora. Datum Vlmeti die vigesima

K ij.

ITER DOMINI
mensis Iulij. Anno Domini Millese-
mo, Quadringentesimo, Sexagesimo
Sexto. Regni nostri Anno XI I.

Yo el Rey.

De mandato Serenissimi Dñi mei Regis
Iohannes de Viterbio Secretarius. m pa.

¶ Olmendo Medinam Campi trium milliarium iter
est. Haec sunt urbes altera monti imposita est, al-
tera monti subiacet, haec satis ampla, illa uero minor
est. In ea, que sub monte iacet, domus est ampla,
magnificaq; & apparatè extructa, in qua nati sunt
duo Reges, Aragonie & Nauarre. Itaq; cerebatur
illum, qui fuit Rex Nauarre, patrem fuisse istius prin-
cipis, quem in aula Regis Gallie uidimus. Qui cum
ibi essemus in matrimoniu ducturus erat sororem Re-
gis Gallie Magdalena, quæ Regi Ladislao glorio-
se memorie defponsata fuerat. Et ille princeps, legiti-
mus est bæres Regni Nauarre, sed eo tempore, quo
in Gallia essemus nondum ea posiebatur, Rege Ara-
gonie illud obtinente. Verum eo anno debebat illud ab
Aragonio, uti per Gallie Regem pacium erat, Na-
uarreno restitui, qui demum diadematè insigniendus
& confirmandus erat. Sed ut ad eos reges, qui in ur-
be Medinenſi nati sunt, reuertar, ij habuerunt adhuc
fratrem tertium, quibus omnibus Rex Nauarre super-
uixit. Ex ea urbe digredi, quindecim milliarium
intervallo nulla prata vel sylvas uidimus. Ad ignis

usum sumum pecorum accipiunt, eoque ad cibaria per se coquenda utuntur. Implet etiam, in eadem causa, ligorum uicem, cespes astino tempore effossus, & instrues, ut arescat, compositus, aut sarmenta uitium.

Medina campi Cantalapedram sex sunt millaria. Ea urbs Episcopo cuidam pares. Ab ea quatuor milliaribus pagus distat, ultra quem casa exiructa est, quam Eremita quidam incolit: Is Rex Polonie, quem ab Ethnicis occisum esse fama erat, esse putatur, sed ego id non affirmo. Idem & Dominio narrabatur, nempè eum esse Regem, qui, cum prælio ab Ethnicis uictus esset, perpetuæ sese solidudini, ob fidem illis non seruata, deuouisset. Cum in castellum quoddam uenissimus, dicebatur eundem eremitam trium milliarium intervallo inde abesse. Quapropter Dominum uidendi illius cupido incessit. Deflectentes igitur amplius 40 milliaribus de via, ad eum profecti sumus, prius admoniti, circa eius casam loca esse nemorosa, cumq; si nos è longinquò conspicisset, statim sese in latebras occultaturum. Eò Dominus contendens, Iobannem Zebrouensem, Heroldam, Frodnarum, Schaschconem fibi adiunxit, reliqua familia itinere consueto premisa. Tum ille, qui itineris dux erat, Dominum monuit, inquiens: Domine ille ex eremo è longinquò nos aduenientes poterit conspicere, seseq; occultare. Quem Dominus, relicto aliquo, qui viam monstraret, praecedere iussit, ut cum inuentum, dum nos ueniremus, retineret, ne aliquò secederet. Postquam in desertum ad eius casam uenimus esset, ille ex casa ad Dominum

K. iiiij

ITER DOMINI

egressus est, Dominoq; per Heroldū enim alloquenti,
et ex qua regione oriundus esset percunctanti, respō-
dit inquiens: Quid eius Domini uel principis tantos
perē interest scire, de patria mea, quod tam sedulā
unde, an ex hac uel alia prouincia oriundus sim, pers-
quirit: Ego quidem bonum uirum non noui, īmō co-
rām uidet me, pauperem Eremitam in hoc deserto de-
gente esse. Aderat tum peregrinator quidam gente
Polonus, qui nos per quinquaginta milliaria, iuxta
iumenta, pedes eundo, antea comitatus fuerat, is ro-
gabat Dominum, ut Eremitam pedes nudare iuberet,
dicebat enim si sex digitos in alterutro pedum habue-
rit, pro certo Regem Poloniæ, qui à Barbaris uictus
esset, existimandum esse. Hanc rem, Dominus cum ab
Eremita postularet, ille diu facere denegabat, sed tan-
dem precibus Domini uictus, pedes calceamentis exuit.
Tum Polonus ille conspectis in pede sex digitis acce-
dens ad eum, in genua procubuit, pedemq; amplexa-
tus dixit: Tu es heres noster et Rex, qui bello ab
Ethnicis superatus es. Ille respondens dixit: Demiror
te, quod coram me in genua procidas, pedesq; meos
amplexeris, cum me eo bonore indignum esse non ig-
nores, namq; ego sum homo peccatis multis obnoxius,
que in hoc deserto expiare constitui, si mihi Deus op-
max; in eo proposito perdurare concesserit. Haec lo-
catus surrexit, et lachrymans in casam suam secessit.
Cum inde discederemus Polonus ille dixit ad Domi-
num: Profectò Domine scias, staturam et signum,
quod in pede uidi, certò argueret, eū esse Regem Po-

12

lonie, nam earum rerum à prima pueritia recordor. Eremita autem ille, tunc temporis magno erat natu, annorum circiter septuaginta, statura procera, facie oblonga, colore fusco, naso eminenti, capillis nigris, barba longa & cana. Veste induitus erat longa cinerei coloris, & interula sub ueste setacea, quam tamen, ne conficeretur, occultabat. Ab eo pago Salmantica distat nouem milliaribus: Hęc urbs est ampla in ualle sita, arcemq; coniunctam habet. In ea magna est flus diosorum bonarum artium frequentia, nam ferunt, in nulla Christianorū prouincia tantoperè studia floz rere atq; ibi. In media urbe in foro, patibulum spectas tur, in eo, si quis domesticorum furto quippiam abs fulerit, suspenditur, & in tertium usq; diem ibi relinquitur, postea in cemiterio sepelitur. Verum peregrinos in alia extra urbem patibulo, suspendere consueverunt. Eam urbem preterfluit fluuius nomine Tormes, ponte lapideo non ualde longo stratus. Ibi Episcopus habitat, qui nos comiter ac benignè accepit. Eius urbis Nobiles consuetudinem obseruant, ut die diuo Iacobo sacro, boues indomitos in foro uenentur. Quod etiam spectauimus: nam die Iacobi nobis ibi esse contigit. Inter eos boues unus, qui tertius ordine emissus fuerat, duos homines interemit, octoq; alios lexit, & unum equum. Salmantica Bouedum octo sunt milliaria. Nullo antea in loco plures ciconias confexi, quam in eo pago, numerum millenarium eas superasse arbitror. Nec locustarum mibi maior multitudo uisa est, quarum tanta uis erat, ut regiunculam

K v

ITER DOMINI

aliquam cooperire possent. Boudo Rodricum uenatum est, nonem milliarium itinere, urbs arcis coniuncta est, non admodum ampla, in qua Episcopalis sedes est. Ea in confinio Portugallie posita est, circa quam dea libra et canobia quatuordecim uisuntur, iacetq; inter montes loco piano. In ea urbe Dñus honorifice tractatus est, si in illa Castilie urbe, vel alio eius peregrinationis loco. Ea nullis suburbis circundatur, preter tribus castis, que ante portam urbis conspicuntur.

Rodrico s. sunt millaria ad Sanctum Felicem, pagum amplum, ex partim sepibus, partim muro cinctum. In eo pago arx est, eximia puleritudine et magnitudine. Eius pagi causa lis est exorta inter Regem Castilie et fratrem ipsum, ijs temporibus, cum nos in illis locis essemus, ideo, quod Rex eum pagum cum arce occupasset, dederit Episcopo Rodricensi. Eius regni processum nobilitatisq; pars à Rege stabant, pars fratrem eius studijs suis fonebant, ita, ut maior pars Ducis fratri regio, adhaeret. Sandofelice Hinozioram 30 millaria, is pagus est amplius, edibus lapideis, tegulis lateritijs connectis, exornatus, eiusdem Episcopi dominio subiectus. Hinzioza ad amnum Durium unius milliaris iter est, is magnam aquarum molem trahit, ita, ut eo in Castilia fluuius maior non sit. Hic Castiliam à Portugallia dirimit, ita, ut altera eius ripa Castilie, altera Portugallie adnumeretur. Id flumen per gentibus, occurruunt montes altissimi, difficulta itinera praebentes. Vbi eò uentum est, id bini semper ejusq; bini homines transmisimus, nam cum ratis plurimum

capax non erat. Ab eo flumine Frezium trium milia
liarum distaret interuerso, pagus est, & arx elegans
& ampla, prima arcium Regis Portugallie à finibus
Castilicis peregrinantibus obuia, in montanis sita.
Eum pagū arcemq; uineta pulchra & frequentia circu-
cumiacent. Frezio Turrim montis corui sex millia-
rium minus dimidio interuerso est. Vrbs hec in mon-
tanis posita, aspero & impedito itinere aditur. Ii mō-
tes uarias arbores producunt, quas nec ego, nec ullus
nostrum unquam vidit. Turri montis corui Alebram
sex sunt milliaria, pagus est in monte excelsō admodū
stus, ut eques ad eum ouadere nequeat, cum uix pedes
ardua superare posset. Sub eo pago amnis defluit no-
mine Tua. Ad eum pagum impedita sunt uiae & dif-
ficies. In circumiacentibus montibus magna est copia
serpentum, scorpionum, & lacertarum. Serpentes sunt
breues, sed crassi, alas nefertilionum similes haben-
tes, & capita cuspidebus aduncis armata. Ii conspecto
homine uel pecude, uolatu cum inseguuntur, & adun-
ca illa cuspide se applicantes morsus infigunt, solentq;
nolare per duo stadia uel ulterius. Scorpiones sunt
canis uenatorij mediocris magnitudine, ergo uari-
ato & picto, quales nullus nostrum confexit.
Lacerte sunt non multò fele minores, capite quoq;
ijsdem non dissimiles, colore uiridi. Eos montes
transire uolentes, estu quam maximo iter ut faciant
necessitatem est, & Tberiacam in promptu babeane, alio-
quin transire propter ea' uenenosa insecta non poterunt.
Nam si Tberiaca substdio in tali morsu uenenato

ITER DOMINI

non uiterentur, statim expirarent, nisi totum locū mortuū
uenenato infectum excinderent. Per eos montes decem
miliarium spacio, uel ulterius iter est, per quos, ut
dixi, calore quam intensissimo iter facere transeuntes
oportet. Ea siquidem infecta tunc temporis intra sa-
xa ex specie abdita quiescunt. Sed calore remittente
egrediuntur, ex saxis uel terre incubant. Ea monta-
na celerius transiſſemus, uerū aſtu abſcedente, ex
templo in diuertoria, melius illorum inſectorum, diuer-
tere cogebamur. Magnaq; eſſet in ijs montibus
ſerarum copia, ni ab illis inſectis interimerentur, mō-
tes enim ſunt excelfi ex lapidoſi. In urbibus uel pa-
gis in ijs montanis ſtis, nullum pecus ali potest, pro-
pter earundem inſectorum impedimentum. Namq; iij
ſerpentes altè admodum uolant ex longè ſeſe ſaculan-
tur. In ijs montibus arbores quedam crescent, quales
in nostris terris non inueniuntur, ea folia piretro her-
ba ſimilia producunt, ferunt ex fructu quendam,
qui ſe refringatur fortem emittit odorem. Alie quoq;
arbores non admodum alte ibi uifuntur, quarum fo-
lia ſuavis ſunt odoris. Quercum ſunt tria genera in
ijs montibus. Primum habet folia carduo ſimilia. Al-
terum producit folia albentia, ex inferius lanugine
quadam obducta. Tertium eſt, ijs, que in nostris re-
gionibus crescent, quod ad folia, ſimile, preterquam
quod ille in extremitatibus plures rimulas uel laciniias
babeant. Conſpicuntur ex alic arbores ac herbe
plurime in iſtis montibus, que in alijs regionibus non
crescent. His montibus superatis, Portugalliam tun-

primum attigimus. Statim sub ipsis montibus, magna est copia arborum fraga quedam ferentium, que fraga marina nuncupatur. Eaestate, qua nos ibi uersabamur, magnus eorum prouentus fuit. Et quiuis ea decerpere, nemine prohibente, potestatem habet. Ea regio, sicubus, amygdalis, uino passo uel arefacto, quod apud nos uinum Gracum appellatur, maximè abundat. Et quamvis nullas auri uel argenti secluras habeat: aliarum tamen rerum ditissima est, pro quis bus affatim auri uel argenti ab externis in eam importatur. Alebra Pauca septem sunt millaria, is pagus est inter montes situs, ad quem iter est per magnos montes & sylvas, que raras alias arbores, præter Castaneas producunt. Pauca Varcodebonle sex milliarium uia est: hic itidem pagus est casas stadio inter se distantes habens. Ad eum iter est per maximos & altissimos montes, si qui alij, hac in re, quos nobis superare contigit, ijs comparandi sunt. Inter eos montes amnis defluit nomine Tameca, qui ponte lapideo ualde excuso iungitur. Infra eius pontem aliis flumine sine nomine huic miscetur, etiam ponte stratus. intra sex milliarium spaciū, denauigantes, sexaginta duos riuos in hunc amnem influentes, qui aquas purissimas uoluunt, & trutis piscibus abundant, recensuimus. Varcodebonle Lanusam sex sunt millaria; pagus hoc arci desolate subiectus est. In ijs montanis aliquot arces deserte conspicuntur, ab agrestibus tanum in habitata, qui circa eas fodiendo & serendo fruges uitam sustentant. Nam nulli per aliquot millaria sunt

ITER DOMINI

campi, idcirco difficultem & laboriosam uitam, per eos montes, homines exercent. Ab eo pago discedentibus, templū a latere inter montes apparet, in quo S. Dominicus sepultus est, ubi sacrū eius corpus uidimus. Hinc Lanusa pagus quatuor milliaribus distat, quem Aua fluvius præterlabitur. Lanusa Bragam 2. sunt millaria. Vrbs est & arx inter mōtes sita, à qua trigesinta milliarum non magnorum itinere diuus Iacobus abesse dicitur. In ea urbe Archiepiscopus Portugaliae domiciliū suum babet. Arbores, que paradyfiaca, aurantia, Limonia, granataq; poma ferunt, aliasq; diversi generis, tum etiam herbas, à me antea non uisat, nullibi plures, quam apud eam urbem confeximus. In menibus urbis buiis hædera circumquaq; crescit. A Braga tribus abest milliaribus oppidum Gimarantiū nomine satis amplum. Id & Braga montuoso difficiliter, itinere aditur; circa uias Salvia minor & pulex giū berba undiq; crescunt. Braga offendimus Regem Portugallie, qui Dominum, omnemq; eius comitatum honorifice exceptit: Attulerat enim Dominus literas ad Regem à germana ipsius sorore, coniuge Imperatoris, manu ipsius propria scriptas. In ea urbe octo duum commorati sumus. Cumq; inde discessuri Regi q; ualedicturi essemus, Rex admodum humanè cum Domo colloctus est, primum ipse, deinde per Heroldū, his uerbis: Intelligo te inquit amplissimo genere natus esse, itaq; à te peto, ut id propter nostrum regniq; nos tri honorem facias, & à nobis quipiam, quodcumque placherit, postules, eius per nos compos fieri.

Eo sermone auditio Dominus magnas Regi agebat gratias, pro honore & benevolentia sibi exhibita, rogabatq; regem, ut sibi donaret duos \AA thyopes. Quā postulationem frater regis astans, cum audisset, in cunctum effusus dixit: Amice, illud quod poscis nullius est momenti, postula ampliora honestioraq; quā istos \AA thyopes. Sed quoniam id tantummodo expetis, rogo, adiunge his tertium à me donum, Simiam uis delicit, atq; ita egregiè donatus in patriam tuam resuerturis. Forsan, inquit, in uestris regionibus \AA thyopibus ex Simijs caretis, quòd eas potissimum res expetiueris. Cum Dominus rātos confisi diceret: Ast apud nos, respondit Dux, abeundē earum rerum est. Hic Rex frater meus tres urbes in Africa possidet, in quam regionem quotannis exercitum ducere solet, à nullaq; expeditione, quanquam leui, tam in antis redit, quin, omnis etatis & sexus, ad centum milia, uel amplius \AA thyopum adducat. Et id, quod ad ductum fuerit omne diuenditur tanquam pecus. Nam ea est consuetudo, ut ex alijs regionibus homines ad eorum mercatum conueniant, & eos coemant. Ex quorum pretio Rex plus fructus capit, quam ex totis us regni sui uestigalibus. Parvulus siquidem \AA thyops, duodecim uel tredecim aureis nummis Portus galicis uenit, maior uero multò cariori pretio. Isq; mos est, si quis \AA thyopem robustum ex labore aptum natus fuerit, ut cum baptizari curet, cumq; non uendat, uel à se alienet, nisi cum amico dono dederit: Sed quoad baptismate iniciatus non fuerit,

ITER DOMINI

quanti potest cum uendere potestatem habet. Cum ex Regia digressi essemus, Rex Domino duos equos elegantes, quos Ianettos cognominant, quibus celeritate & pernicitate, uix ulla Christianorum prouincia patres procreat, in diuersorum dono misit, & omnia in diuersorio pro nobis exoluit. Braga profecti Pontem Lime uenimus. Quinq^{ue} milliaribus inde distat ea urbs, estq; inter montes sita. Quam potentibus trans eundum est flumen Cauadum, quod non procul Braga ponte lapideo non adeò longo iunctum defluit. Ille uero amnis, qui Pontem lime præterlabitur, Limia uocatur, is etiam ponte lapideo bene longò sternitur. Urbs ea muro, ex saxo quadrato constru^to, circum datur, turresq; omnes ex eiusmodi lapide, forma quadangulari erectas habet. Ponte lime Valentia 5. milliarium itinere distat. Ea urbs non admodum ampla, in colle inter montes sita eminet, amnq; Minio præterlabente irrigatur. Hic fluuius Portugalliam à Gallitia, in qua regione diuus Iacobus sepultus iacet, disternat, atq; inde fluens in mare conditur. Hunc traiecimus ad diuum Iacobum eundo & redendo. In aduersa ripa, iacet arx & urbs nomine Tuium, Equitis cuiusdam dominio subiecta, à quo ii, qui diui Iacobi limina uisitare cupiunt commeatum, uel saluunt conductum quem uocant, petere coguntur. Valentianus tendentibus mons altissimus & saxosus superandus est, equiti impermeabilis, cum pediti eius ardua uix sine peruria. Q^ua propter equos circa montem per duo milia ducere cogebamur, ubi tam difficilis & aspera via est,

uita est, ut peior esse nequeat. Tuij sepultus est Sanctus Petrus de Sala, qui plurimum miraculis olim claruit, multumq; ijs hominibus, qui iter, eius sepulchri inuisi-
sendi gratia suscepissent, auxiliij tulit. Tuio Redundela quinq; milliarium spacio distat, id est oppidum, non magnum inter montes situm, ad mare. Cum Redundela proficisci eremur monstrabatur nobis, à dextra Regnum Scotie, quod mari adiacet, contra Angliam situm. Scotti continenter cum Anglis bella gerunt, à multis annis. Ea terra regem non habet, sed Ducem, cui paret ex obsequitur, quem ex nos uidimus. Ad Redundelam monasterium est diuo Simoni dedicatum, quod in loco mari circumfluo possum est. Pontebedram, quod oppidum via Iacobae adiacet, petentibus, pons per finum maris non ualde longus, ex lapide constructus, occurrit. Inter Redundelam ex Pontebedram trium milliarium spaciū interiacet. Hoc oppidum est ualidum ex amplum, quod palus marina, ponte saxeō longo, strata, ab uno latere latè amplectitur. Ab eo loco ad diuum Iacobum decem milliarium via est. Inde duodecim nostrum ad diui Iacobi urbem pedes iuimus, Domino aliquando equo, aliquando pedibus nobiscum iter faciente. In eo itinere cum nemo rata castaneas ferentia attigissimus, puer Domini, præparata quadam uirgula, lapides per ea nemora iaculabatur, ut ab indigenis fieri uiderat, qui longè ex altè admodum eos lapillos librare consueuerunt. Id ille emulari cupiens hac illac istos lapillos euibrabat, cum ecce imprudens hominem quendam, qui forte nobis

Hibers
niām in
qua olim
etiā Sco-
ti habi-
tabat in-
telligit.

ITER DOMINI

Insidentibus post uirgulta iacebat, usq; ad sanguinem
sauciauit. Qui admodum iracundè per Heroldum no-
biscum loquebatur, minitans penitentiam eius rei ani-
mos nostros subituram. Cui Heroldus: Mihiomo, ne
hoc factum tam indignè feras, cum intelligas, puerum
id, cum te non uideret, inscientem fecisse, his dictis,
abijmus. Iuxta eam uiam taberna cauponaria erat, in
quā peregrinantes potus uel cibi sumendi causa denuo-
tere consueuerunt, nam intra quinq; milliaria nullum
castellum aut uicus occurrit. In reditu igitur à S. Iac-
cobo, quibusdam nostrum equis, quibusdam pedibus,
iter facientibus, cum ad hanc tabernam uenimus esset,
offendimus ibi circiter centum homines, ensibus, bastis,
balistis, arcuferreis armatos, qui congregati, illum à
puero vulneratum, ulcisci, et nos adoriri uolebant.
Tum Heroldus noster eos compellabat lingua Galliti-
ca, dicens: Propter ne tam leue uulnus vindicandum,
nobis uniuersis exitium struitis: ignari hunc Dominū
amplissimo et clarissimo genere natum esse, qui Il-
lustrium principum et regum aulas uisendi gratia in
bis regionibus peregrinatur, ut tali uiro competit.
Quapropter scitote, si nos occideritis, id uos, ut ar-
bitramini, impunē non laturos. Eo audito, circiter
quinquaginta ex ijs scorpii secedentes, bac de re con-
sultabant, reliquis nos circumstantibus. At Domi-
nus suos compellans dicebat: Amici charissimi, uides
tis eos nostri exitiū gratia conuenisse. Quapropter si
eō deuenerit fortiter eis resistamus et nos tucamur,
nam precibus apud eos locus nullus erit. Me igitur in

eos madentem, si necessitas postulabit intuemini & se-
 quiuntur. Si ab illis trucidati fuerimus, nomen tamen
 nostrum, & virtutis in ultimum conservata gloria,
 manebit perennis. Ceterum illi inter se colloqui, con-
 verso ad Heroldum sermone: Denuncia, inquit,
 uero illi eximio, nos nec ei, nec comitatui ipsius ullam
 uim inferre uelle, remq; illam omnem, quæ accidit, ex
 animo mittere, & si Dominus cupit nos ad deducen-
 dum cum usq; in diuersorium, paratos esse. Hoc modo
 ab ijs discessimus, nullæ iniuria affecti. Pontebedra
Padronem sex sunt milliaria. Hec urbs duobus flumi-
 nibus ex diuersis partibus alluitur, quorum alterum
 ponit iunctum est lapideo, & Vila dicitur: alterum
 nec pontem nec nomen habet. Hoc nauigari potest Pa-
 drone usq; ad diuum Iacobum. Huic urbi arx immi-
 net Rolyaplanta nomine, quam Regina Etnica Lupa
 dicta, eo tempore, quo diuus Iacobus in Gallicia Christo
 sum prædicabat, incoluisse fertur. Ea seuisma erat,
 ut ex crudelitate facile Etnicæ agnosceres. In ea ur-
 be concionatus est diuus Iacobus integrum annum, sed
 nullum prater duos homines, ad fidem Christi conuer-
 tere potuit. Supra urbem templum in monte stum est,
 in quo S. Iacobus prædicabat, ei rupes ingens adiu-
 nta est, que speluncam artas fauces habentem, conti-
 net. Hæc dicitur, rupes diuini Iacobi, ideo, quod in eis
 templo ex rupe concionari sit solitus. Qui eam spe-
 luncam religioso animo ingreditur multorum peccan-
 torum ueniam consequitur. In ea ex ego fui, Buria-
 nus, Kmesekius cum fratre, Petipescentis, Miroßius:

L. n

I T E R D O M I N I

Johannes Zebrouiensis in eam sese demittens, totus exanguis & nigrefactus defecit, ut cum uix exirebatur, namq; foramen erat admodum arctum. Quod Dominus, qui etiam ingredi uolebat, animaduertens, à proposito discessit. Eam speluncam ingredientibus multorum delictorum remissio à summo Pontifice conceditur. Nam S. Iacobus cum concionans ab Ethniciis lapidibus impeteretur in illud antrum se recipere consueverat. Illi monii, in quo concionatus erat, templum Beatae Marie Magdalene sacerdū, impositum est. Quondam Diuus Iacobus cum ab Ethniciis lapidibus & fustibus uerberatus esset, admodum ijs uerberibus debilitatus, sibi ardente correptus, orabat Deum dicens: Mi' Deus in benē hosti me istib[us] omnia pro causa tua patienter tolerare, aspice me igitur, & bumo rem, quo linguan meam humectem mibi demille. Hec ubi dixit, accepero baculo suo, terram feriūt, & exemplo ex eo loco, qui percussus erat, riuus aquæ purissimæ exiliūt, quo una rota molaris agi posset, in eo loco fons elegantisimus extructus est, ex quo peregrinatores, qui ea loca adeunt, bibere solent. Verum Diuus Iacobus cum in Gallitia, multis aduersis rebus pressus, dintius perdurare non posset, in alias regiones secessit, nempe Hyerosolimam. Ibi Christum predicans, & Iudeos ad Christianam fidem adducere cōtendens (Actoř: 12.) ab Herode comprehensus est, cui caput falce messoria desecatum est. Quæ falsx, apud Diuum Iacobum, ubi eius sacram corpus conditum est, abhinc altari affixa uisitatur. Cæterum corpus ipsius

à discipulis eius furtim ablatum et navi cuidam, que
 in littore stabat, impositum est. Eius nauis cursum Anna-
 gelus ad eos accedens regebat, confessimq; stella super
 eos emicuit, que resplendens viam illis monstrabat usq;
 ad urbem Padronensem, ubi antea concionatus erat,
 que quatuor milliaribus distat ab eo loco, ubi nunc se-
 pultus est. Cum igitur ad eam urbem flumine, qui Sar-
 vocatur, subijscent, corpus eius sacrum in littus expos-
 fuerunt, in saxum quoddam, quod nos omnes uidimus,
 in quo adhuc vestigia corporis impressa manent, atq;
 ita apparent, ac si hodie facta essent. Quod saxum,
 cum peregrinatores undiq; circumfringere Pontifex
 maximus audiret, in aquam illud deuolui, et gradus
 lapideos, quibus adiri et ab hominibus spectari pos-
 set, exirui curauit. Id satis profundè in aquis positiū
 est, sed benè ex ijs gradibus, aqua purissima interce-
 dente, conspici potest. Ministri Regine Lupa, cune
 boc nauis appulisset, aderant, et in arcem ad Reginā
 cuntes, ei Iacobum, qui prius in his locis concionatus
 esset, et populum seduxisset, aduectum esse renuncia-
 uerant. Secundum ea, discipuli Iacobi, Regina in ar-
 ce conuenti, eam rogarunt, ut fibi boues uel mulos ufer-
 daret, quibus corpus sancti Iacobi, in eum locum,
 quem stella fit monstratura, deuherent. Ea Regina,
 que inhumanitate crudelitatemq; præsertim in Chris-
 tianos, cunctos mortales anteibat, alebat Draconem
 quendam seuū et trucem, cui, quos interimi uolebat,
 obiiciebat, à quo statim oēs disperabantur: Habebat
 etiam canros duos admodum effratos, quibus similes

L ij

ITER DOMINI

illos, quorum interencionem machinabatur, obieclabant, ij confessim, quemcung; nocti essent, occidebant, ita ut ad eos nemo accedere auderet. Hos itaq; discipulos Iacobi ad Dracōnem primum Duci mandauit, ut eos dilaceraret: Ille cō, inquiens, ibiq; iumenta, quibus eum deuebatis, assūmīte. Qui cum ad Dracōnem, ut ab illo interimerentur, demissi essent, non solum nihil ab eo incommodi acceperunt, sed quod mirū est, ab illo uenerabundo, ex coram ipsis se submittente, honore quodam affecti fuit, quod suprastantibus, magnam peperit admirationem. Hec cum regina accepisset, itidem supra modum mirabatur, qui id fieret, quoniam antea, quicunq; illi obiectus fuisset, exemplo ab eo uoracius fuerit. Cum igitur illud non successisset, ad tauros eos deduci iussit, quos nemo a dire audebat, ij, discipulis conspectis, conterriti sunt. Illi uero qui despocabant, id miraculum uidentes, iterum Reginæ rem, ut gesta erat, denunciauerunt. Quæbis territa ex commota miraculis, cum omnibus suis fidem Christi amplexa est. Postea iussit, ut illi tauri discipulis diui Iacobi darentur, qui his acceptis, corpus illud sacrum cō deuexerunt, quo stella antecedens ducebat. Eò postquam uenitum esset, stella immota cōfidente, tauris quoq; sua sponte subſtentibus, corpus sacrum deposuerunt eo in loco, ubi ad bodiernā diene sepultum iacet. Ibi à diuo Iacobo Elbnici, plurima et maxima miracula edita uidentes, ad religionē Christianam, in nomine Diui Iacobi conuertebantur, temoplumq; ibi fundarunt, ipsius nomini dicatum, quod ita

inclavit, ut etiam urbs monti illi subiecta, antiquo
Compostelle nomine relicto, Dini Iacobi cognomen-
 to gaudeat. Padrone ad diuum Iacobum quatuor
 milliarium est interuersum. Eò uia est montosa, iux-
 ta quam, sub tilia arbore pulchritudine & proceritate
 conspicua, fons scaturit, ex quo ipse Diuus, sub ar-
 bore quiescens, bibere solitus erat, is uno millari ab
 urbe D. Iacobi disiungitur. Sub illa arbore & nos
 quiemus, atq; ex fonte bibimus. Eaq; opinio est,
 qui ex eo fonte potauerint, eos totum illum annum
 à febris pericula, diuino, & Sancti Iacobi preffidio,
 immunes esse. Inde ad diuum Iacobum profecti fu-
 mus. Ea urbs est sita inter montes magnos, estq;
 bene ampla, unico tantum muro cincta. In eius me-
 nibus ab altera parte magna copia uiola lutea pro-
 uenit, ut procut conspiciantur, ab altera hedera in mu-
 ris crescit, ut eos tanquam sylva cooperiat. Possa
 urbem circumdat admodum exilis. Turresq; qua-
 drata, antiquo opere extructa, paruo inter se inter-
 nallo distantes, muros undiq; coronant. Ad Di-
 um Iacobum, die Martis, precedenti festum, Beata
 virginis in' celum assumptione celebre, uenimus. Eo
 tempore urbe capta, templum, in quo Diuus Iacobus
 sepultus est, oppugnabatur. Eius templi Archis
 episcopus, captus erat antea cum fidelibus quis-
 busdam, uiginti tribus numero. Mater autem ipsius
 & frater, portis clausis, obsidionem in eo templo sue-
 finebant. Illi uero qui urbem expugnauit, uniuersisq;
 illis, qui templum obſidebant, omnibus item Gallicis

L - iiiij

ITER DOMINI

Sacerdotibus, sacris à Pontifice Maximo interdictum erat, ideo quod Archyepiscopum cum Canonicis in custodia tenerent. Hanc ob causam nulla in tota provincia Missa administrabatur: infantes nulli baptis fabantur: corpora defunctorū inhumata iacebant. Tosa etenim regio ab eius Domini, qui templum obsidebat, partibus erat. Cum eā uenissimus, propter illud bellum ex discordiam, templum adire non poteramus, usq; ad diem tertiam, quoad potestatem ab eo Barone qui templū obsidebat, impetrassimus. Dominus enim ipse eo conuerto, hac de re illum compellabat, orans, ne impediret, si ab ihs, qui templum obtinebant, impe trari posset, quo minus ad eum locum ubi diuis Iacobus sepultus esset, admitteretur. Nam se aulas regum, principumq; Christianorum uisitarem, multasq; re giones, etiam Ethnicas, peragrandem, pio studio eō deflexisse, ut cum sacrum locum, ubi diui Iacobi ossa tumulata essent, inuiseret. Magna siquidem desiderio se, comitesq; suos omnes, eius loci oculis perlustrandi, iam dudum arsise. Cui ille respondit: Amice intellis go ex uideo te uirum esse præstantem eximium, principemq; alicuius regionis, nam de te fama accepi, priusquam huc appelleres. Quid autem rogas, an impetrari posit, ut in id templum intromittaris? hac scito, te quidem intromissum iri: Sed an egrediendi tibi tursus facultas dabitur, incertum est. Obtinent enim templum illud mater mulier scelerata, cum filio sibi haud dissimili, qui nullum uirum bonum fortemq;, qui nominis sui, famæq; memor esset, penes se habent.

Quapropter tibi non suaserim, ut ad eos introeas. Vero
 rūmenimvero is bac de causa eam rem Domino disuas
 debat, quod proficeret, si Dominus intromissus esset,
 se à matre & fratre Archiepiscopi accusatū iri, quod
 sceleratē & contra ius Archiepiscopum dominum sua
 um, cui subiectus erat, cepisset, & urbem ipsius, alia
 &c; arces complures occupasset. Cum intromisi essem
 us, primum nobis obuiam uiri aliquot militares pa
 cesserunt, qui Dominum, ex omnem eius comitatum,
 humanè excepserunt. Deinde ex mater cum filio pro
 gressa, Domino comitibusq; saluum aduentum gratua
 lata est, incusans eum, qui Archiepiscopum cepisset,
 & illum celebrem locū oppugnaret, tamq; sacras res
 liquias pessundare uellet. Postea ad Dominum dixit:
 Amice scis nē te excommunicatum esse, nam, qui cum
 istis hominibus conuersantur, cum ijs potum & cibum
 capiunt, eiusdem criminis sunt rei, ut ij, qui illis au
 xilio sunt. Sed ea res non clam erat. Secundum ea,
 ducti sumus ad arcem quandam, contra ostium tem
 pli sitam, in quam subiectam aqua ex tubis per siphon
 es profluere solebat, sed tunc aqua uacuam, nam ab
 bostibus intercepta erat. Ibi cum omnes calceamenta
 deponere, & iuxta illam ordine in genua procumbes
 re iussi essemus, legatus cum Sacerdotum & Schola
 sticorum choro, prelata nigra cruce, templo exiit &
 qui consistentes ante templū in suggestu, qui pro ostio
 templi ex lapide extractus erat, gradibusq; lapideis
 adibatur, canebant. Cantionibus, quas, expiantes nos,
 & ab anathemate absoluente diu peragebant, absolu

ITER DOMINI

latis, legatus descendit, assumptaque zona, primò Dominum minum, deinde nos omnes, quenque semel ea cecidit. Postea, cum Dominum ipse exireisset, et nos confusione insisteret, templum nobis, nudis pedibus intrare mandauit. Illic Dominus et nobis universis, flaminis cum honoris exhibitione, omnes reliquias, que in eodem templo babebantur, ostenderunt. Primum monstratum est nobis sepulchrum dicitur Iacobi, in quo conditus est, in ipso altari extixtum. Ad hanc aram conspicitur falsa qua sancto Iacobo caput amputatum est, catenula ferrea ab altari dependens. Supra id sepulchrum quoque uidetur sacra celebrantur. Sacerdotes eius templi sunt ex ordine Canonicorum, quos vocant, ut in templo S. Venceslai in arce Pragensi. Postea nobis est ostensus baculus, quo diuinitus innitens orbem terrarum peragruere solebat, qui plumbo circum illito altari affixus est. Peregrinatores enim frustulatim cum abscedebant, ictus uictus ab illis discepitus esset, nisi a summo Pontifice, ut plumbo circumdaretur maturò procuratum fuisset. De conibilibus conspicere potest, prater clavum ferreum, qui infima eius parti infixus, manibus attrectari potest. Postea nobis monstratum est caput Iacobii minoris cognomento Alphei, et spina de corona Christi, frastumque Sanctae crucis. Contemplati sumus etiam alias sanctorum reliquias plurimas, que non nominantur, neque ostenduntur, nisi anno Iubilico. Postea oculis perlustranimus uexillum duci Iacobi, quo Christiani praelium cum Esthnicis incuntes usi sunt, id.

et coloris rubei, in quo depicta est imago, equo insidens candido, & uestibus induta candidis, in equo ex pileo equitis picta uisuntur concha vel squame, quas peregrinatores in pileis gestare confuerunt. Sed uexillum illud iam ueritate ferè consumptum est, Narrabant Sacerdotes, cum primum bellum cum eo uexillo initum esset, tredecim millia Christianorum sub signis tantum fuisse, qui post mortem diui Iacobi ad Christianam religionem conuersti fuerant. Ethnici corum uero centum millia, qui tamen auxilio diuino ex Sancti Iacobi fusi fugatiq; sunt. Apparuisseq; in eo prælio diuum Iacobum uestimentis albis amictum, ex equo insidentem albo, ita, ut in eo uexillo expressum esset. Idq; accidisse post obitum diui Iacobi. Deinde monstrata est nobis catena, qua Diuus confixus erat, ea affixa est columnæ, que eborum lapideum ingredientibus occurrit. Templum autem illud est magnum, sed interius obscurum ex tenebrosum, quod sex turribus cingitur, quatuor rotunda, duabus quadrata forma extuctis. Una earum ecclesia est in angulo non procul ab ostio, quo templum intratur, iuxta dictum suggestum lapideum. Extra urbem incole templum Sancto Dominico dedicatum, uisitetur. Ex alterum templū extra urbem, ipsis menibus adberens, in quo peregrinatores, si quibus ibi uitam finire contigerit, aut homines egeni ex Nosocomo, tumulantur. Circa eam urbem intra dimidium militare 3. Canobia conspicuntur. A Dino Iacobo ad Stellam

ITER DOMINI

obscuram quatuordecim milliarum via est, sed parorum, que medio die confici possunt. Verum ille locus aliter ab indigenis appellatur, nempe Finis terrae. Eum locum petentibus medio ferme uia nauis cum remis, rudenteribus, et alio nauali apparatu in saxum durata, stans in littore conspicitur. Ita peribent, ea nauis uictum esse Deum cum matre sua, ex qua egressos, montem illū, qui stella obscura dicitur, ascendisse, ibique templum Deiparae uirginis sacrum, funduisse, quod ad hunc diem extat. Sub eo templo est pagus amplius, qui vocatur finis terrae, nam ultra eum nihil aliud est, quam aqua et pelagus, cuius terminos nemo novit, preter ipsum Deum. Id uero in annalibus eorum memoria peditum est. Regum Portugalliae quandam, naues tres fabricari curasse, easque omnibus rebus necessariis impleuisse, et cuique nauis scribas duodenos imposuisse, eosque cōmeatu in quadriennium instructos, ut ab eo loco, quam longissime 4. annorum spacio possent, nauigarent, et in unaquaque navi, quid uisuri, ad quas desertas regiones appulsuri, quid denique in mari aduersi experti forent, conscriberent, iussisse. Si igitur, ut nobis referebatur, cum 2. annos integros maria sulcas sent, in tenebras quasdam deuenerunt, ex quibus, duas rum septimanarum tempore in ihs consumto, cum emersissent, ad insulam quandam appulerunt: Ibi, litora nauibus applicatis, cum egressi essent, domos sub terra extructas inuenerunt, auro et argento abundantes, quarum rerum tamen nihil auferre ausi sunt. Supradicatis domos horum, et uincula constie erant (quod etiam

in Gallia conspicere licet, quod supra aedes hortos ex
uineas excultas habeant.) Ceterum cum ex ijs adi-
bus exiissent, circiter tres horas in Insula sunt commos-
rati, consultantes inter se, quid esset faciendum? aufer-
endum ne aliquid, uel non? Quorum unus, mea est,
inquit, sententia, ne binc quicquam auferamus, nam
quid postbac accidere posset incertum est. Conscensis
itaq; uici sim nauibus, cum haud breue tempus iterum
nauigassent, et longinquu confixerunt mare in ingen-
tes fluctus, tanquam petras uel montes, exurgere, que
usq; ad nubes extolli uidebantur, ex quo omnes pauc
ingens occupauit, ac si nouissima iudicij dies adesset.
Quapropter omnium trium nauium cursu inhibito,
constiterunt, ex consultantes inter se dixerunt: Iam
uidemus quo peruererimus, potentiq; diuina mani-
festa est, consilium igitur capiamus, quid facere pre-
stet, an in illum fluctuum fremitum ingredi? uel re-
trocedere? Tum quidam eorum dixerunt, qualis hic
noster redditus esset? que, qualiaq; miracula Regi nos
stro, qui nos exploratum misit, referremus? Explos-
remus potius, qui sit undarum iste fremitus. Decreto
igitur duabus id nauibus tentare, tertiam in eo loco
constitere iusserant, dicentes: nos in illos fluctus im-
mittenes, uos hic constite, si quarta uel quinta die
ad uos non fuerimus reuersi, nos interiisse certò arbitri
tremini. Hec locuti, duabus nauibus eos fluctus sunt
inueneti. Illi uero in tertia naui, eorum redditum usq;
ad sedecimam diem operiebantur, qui cum non reu-
serentur, ignari quid illis accidisset, magno cū timore,

ITER DOMINI

biennio Lisbonam, que est urbs primaria et amplissima regni Portugallie, reuersi sunt. Cum portum intrassent, obuiam illis homines ex urbe sunt egressi, rogantes, qui nam et ex quibus regionibus essent? Illi respondebant se esse eos, quos rex fines pelagi exploratum misseret, ut, que ibi miracula conspicerent, annotarent. Tum quidam dicebant: Amici dilecti, imo et nos aderamus, cum Rex eas naues emitteret, eiusmodi uero homines, eoque corporis habita, eo non misit, ut nos estis simul cani, sed iuuenes annos uiginti sex natos. Idque erat magnum Dei miraculum, nam iij consanguineos in urbe et circa urbem habebant, a nemine tamen eorum agnoscabantur, tam enim cani erant, ut arbores hyberno tempore pruina concretae. Hec cum Regi Portugallie nunciata essent, magnopere mirabatur eos tantopere consenuisse, cum non multum amplius biennio in mari egissent, dicebatque: Omnia quidem probabilia et uerissimilia praedican, de dimissione sua et reliquis rebus: Sed forsan, nacti naues, nostros trucidarunt: percontamusne eos, an iuxta mandata, que illis deditus, egerint? Precepimus enim eis, cum a Stella obscura soluerint, ut quascunque insulas aut deserta adierint, vel quaecunque discrimina in mari subierint, haec omnia conscriberent et annotarent. Ob id namque triginta sex notarios, in angulas naues duodenos, ijs attribuimus. Cum ad regem accersisti uenissent, tum Rex sic inquit: Amici dilecti, qui factum est, quod cum tres naues

emiserimus, una tantum reuersa sit? Tum illi responderunt: Clementissime Rex omnia uerè Tuæ Majestati enarrabimus: Cum acceptis à T. M. in singulas nauas duodenis notarijs, qui omnia, quæ in mari uisuræ essent, conscriberent, à littore solo nissimus, maria sulcauimus totos quinq; menses, intra quod tempus, ut putamus, sex millia Leucas rum extensi sumus, nullis enim impedimentis uel obstatulis retardati fuimus, uentosq; secundissimos habuimus. Deinde post annum et semestre fermè tempus, à discessu hinc nostro, ad loca maris tenebrosa et obscura pertenimus, quibus duarum septimanarum spatio superatis, ad insulam quandam, tria milliaria in longitudinem et latitudinem patientem, appulimus. Vbi descensione ex nauibus facta, eam tribus horis perlustrauimus. Illic elegantes edes sub terra reperimus, auro et argento discretissimas, sed hominibus vacuas, inde tamen nibil abstulimus. Supra eas domos horti et vineæ amoenæ exculta uisuntur. Hec uidentes, in unum congregati, dicebamus inter nos: Iam magnas et inauditas opes inuenimus, sed si quid inde abstulerimus, quid deinceps futurum sit ignoramus. Tum quidam nostrum dicebant: Nostrum est confituum, ut nibil accipiamus, sed celeriter consenseremus hinc nauigemus, nam nix periculum aliquod evitabimus. Atq; ita repetitis nauibus ab ea insula soluimus, nibil aduerst experti.

ITER DOMINI

Hinc digressi longum rursum tempus Pontum secantes, ad easdem tenebras deuenimus, ibi cum constitissimus, consultabamus, an eae tenebrae nobis intrande, uel retrocedendum esset? Quidam disserebant, retro eundem non esse, eam etenim ob causam nos à Rege miseros esse, ut quousq; nauibus ire licuerit, et quid nobis uidere contigerit, annotaremus. Constitutum igitur ut audacter in eas tenebras inueheremur. Eas itaq; intrantes, aliquot tempora in ihs uicissim nauigauimus, donec in aperiū et lucidum oceanum delati essemus. Bō cum nentum esset, ab aliquot milliaribus fluctus ingentes uolui confeximus, quorum uertices usq; ad coelum pertingere uidebantur, ijq; tanlo fremitu et mugitu reboabant, ut nos omnes pauore ingenti consternari, exiremam diem adesse opinaremur. Tum uicissim consultauimus, num in eos fluctus nos immittere, uel retro reuerti satius esset? His in medium propositis, ij, qui in reliquis duabus nauibus erant, dixerunt nobis: Vos hic cum tertia naui consistite, et uos, quid rei sit, proprius exploratum euntes, operimini, usq; ad diem quartam, si tum reuersti non fuerimus, nos perisse certo credite. Hec ubi dicta, in cum undarum fremitum sese immiserunt. Nos autem eos, in illo loco, in quo nos reliquerant, dies sedecim prestatoli, cum non redirent, ulterius pre metu progredi austi non fuimus, sed uelis retro conuersti, Lisbonam, unde solueramus, repetimus. In hanc sententiam et non alter, isthac Regi Portugallie ab illis narrata et conscripta sunt, ut hic referuntur.

A Fine terre, qui
Stella

V
Stella obscura dicitur, rursus eodem itinerē Bragam redijmus. ubi anteā Regem Portugallie offendēramus. Braga Gimaranem tria sunt millaria, hæc urbs in montanis sita est, duas arces in se continens, ditionē comitis cuiusdam subdita, qui locuples est admodūm, & primarius procerum Portugallie habetur. Is honorificè Dominum & comites eius tractauit. Ibi uisimans, quopactio Elbnici Sarraceni choreas agitent.

LITERÆ FERNANDI

Comitis Filij Ducis Bragantiae.



NIVErsis & singulis
 Regibus, Principibus
 tam spiritualibus, quam
 secularibus, Ducibus,
 Marchionib⁹, Comis-
 tibus, Baronibus, Proceribus, No-
 bilibus, Militibus, Clientibus, Rector-
 ibus, Potestatibus, Vicarijs, Officiis
 alibus, Iudicibus, & vniuersitatibus
 communitatum, oppidorum, villarū,
 neç̄ non cæteris, ad quos præsentes
 hæ peruererint. Fernandus co-
 M

LITERÆ FERNANDI COMI:
mes, primogenitus Domini mei Du-
cis Bragantiae, Marchionisq; ville de-
lectabilis, Comitis de Bartelos, & de
Orem, & de Rayolos, & de Neina,
Domini Petræ fidelis, ac montis for-
tis, cum promptitudine famulandi,
complacendi, voluntatē, affectū syn-
cerum, salutem & omne bonum. Ses-
renissimi, Illustres, Preclari, Magnifi-
ci, Generosi, Nobiles, & Famosi, Dos-
mini & amici charissimi, cæteri quoq;
syncerè dilecti : Quia Nobilis Leo
de Rosmatal, & de Blatna, mihi preci-
pue dilect⁹, maioris experientiæ gra-
tia, & vt ex moribus diuersorum re-
gnorum, meliorem vitæ frugem pros-
bationemq; militarem sibi comparare
valeat, ad aliqua Domini mei Regis
loca, & ad diuersa alia Regna profi-
cisci conatur: Et hoc suum militare in-
stitutum magnoperè probando, &

✓

COM: FILII DVC: BRAG: 90.

upiendo memoratum Leonem in sui
progressu itineris plena securitate gau-
dere, vobis ipsum syncero recomenda-
do affectu. Serenitates, Dilectiones,
& amicitias vestras ac quemlibet ves-
trum affectuose obsecrando ; meis
verò subditis districtè præcipiendo,
quatenus, cum eundem Leonem, ad
vos, terras vestras, & loca, declinare
contigerit, suo transitu, mei contem-
plationis intuitu, recommissum susci-
bere, fauorabiliter tractare, atq; in his,
quæ securitatem sui concernunt itine-
ris, promotiuam & gratuitam velitis
ostendere et exhibere voluntatem, ipsi
sumq; vnâ cum familia, equis, rebus,
& bonis suis vniuersis, per quoscunq;
passus, portus, pontes, terras, castra,
& regna, dominia, districtus, castela-
ria, villas, ciuitates, & quælibet alia ve-
stre Iurisdictionis loca, tam per ter-

M ij

ITER DOMINI

rā, quām per aquas absq; aliqua sol
litione telonij, pedagi, pontiuegij,
gabellæ, gustumæ, siue alterius cuiusq;
cunq; exactiōnis onere, impedimento
& molestia quibusuis semotis, transi-
re, stare, morari, & redire securè &
liberè permittatis, & permitti faciatis,
sibi, familiæ, equis, & rebus suis dum
& ubi opus fuerit, atq; pro parte ipsi
orum desuper adhortati fueritis et re-
quisiti de securō & saluo conductū
prouidendo. In quo nobis gratam
exhibebitis complacentiam, erga vos
& vestrum quemlibet loco & tempore
se offerentibus, per nos deseruien-
dam, atq; paratas voluntates semper
promerendam. Datum ex villa noi-
stra Anno M. CD. LXVI.

h
Urbium Portugallie princeps est Lissbona, cir-
ca eam intra quinq; millaria, frater regis maximus
habet necligal ex uino, quod illi die Iohannis Baptisti

LEONIS.

91.

ii

KK

ixolni solet bonum & defecatum. Si uinum non datur,
pecunia ingens eius loco penditur. Gimerante Por-
tus octo milliaribus distat, ibi Episcopus ades habet
loco alto extructas. Vrbs autem inter montes ad mas-
re sita est, cuius latus unum finis maris amplectitur,
quem transmissimus. Ad nullam aliam urbem iuxta
mare sitam plures naues cōspeximus, quam apud eam.
Nam cō multa mercimonia aliunde mari comportan-
tur. Multiq; sunt Ethnici in ea urbe, qui à Christiis
nis dimenduntur. Nam quotannis multa eorum millia
captiuia adducuntur, atq; ita uenduntur & emuntur:
Ii nunquam in patrias regiones reuertuntur, nisi ab as-
liquo cō uenditi fuerint. Qui baptismate sacro lu-
strati fuerint, à Dominis suis non uenduntur, præter
cum ab ijs dono amicis dati fuerint, alioquin usq; ad
extremum uitæ finem ab illis retinentur. Tales qui uis
ex barba coloribus illita, qui nunquam ablui pos-
sunt, cognoscere potest. Sed alij Ethnici, qui ex Bar-
beria adducuntur, corpora habent picturata, eorum
aliorumq; magnus est in Portugallia numerus. Rex
enim Portugallie in eorum regiones cum exercitu
impetu facto, multa millia, uirorum, mulierum, in-
fantium inde abducit, quod singulis annis facere con-
suevit, & quicquid feminarum aut infantium adduc-
tum fuerit, id per urbes suas ciuibus distribuit, qui
eos suo sumptu alere coguntur. Eos adultos questio-
res regij inservitatem diuendunt, ex quibus multa au-
torum millia rediguntur, & in fiscum referuntur.
Et quodcūq; servi liberos procreauerint, eos ad adul-

M ij

ITER DOMINI

tiorem statem alere coguntur, tū demūs et iū diueni-
duntur. Porū Rifanam quinq; milliarium itinere
peruenimus, is pagus in montanis non procul à mari
iacet. Ex illa urbe ad hunc pagum, iter est perpetuum
non longè à mari, quod à dextra nobis erat. Et ab ea
parte nullus est Christianorum Rex vel Princeps, sed
Sarraceni habitant, qui sunt duplices, Nigri et Albi.
Rifana sex milliarib; Aquada distat, itidem pagus,
quem lambit amnis Aquada, qui à pago nomen habet,
ponte lapideo iunctus. Aquada Anneladum quas
enor millaria, et is pagus inter montes situs, non mag-
nus, quatuor castis tantummodo constans. Annes
lado Coimbram trium milliarium via est. Vrbs hac
et arx flumine Monda præterfliente irrigatur, quod
ponte lapideo non longo iunctum est. Estq; inter mon-
tes sita in colle declivi. Non est magna, sed elegans et
munita. Infra urbem secundo flumine, planities est
amenissima. Iter ad eam urbem est per montes, qui
Anisum ferunt. Et inde non procul, aliq; conspicuntur
montes, qui oleas producunt, inter quas sunt uineta,
et alia uarij generis arbores. Apud eam urbem ex
aduersa fluminis parte cœnobium est elegantisimum.
Ibi quoq; plurime uisuntur cupressi arbores, borti
item elegantiſimi. In eam urbem nos ingressi non fu-
mus, nam tum ibi aer pestilens erat, sed circa urbem
transfuimus, pernoctauimusq; in pago quodam quas
enor milliaribus inde distante, nomine Rabazala, qui
in montanis situs est, in quo quatuor tantum edes ui-
suntur. Rabazala Alwayazerum quatuor sunt mil-

liaria, is locus in montanis est. Inde Tomaram q.
 est milliarum iter, id oppidum apertum est, sed am-
 plum, et inter montes situm, torrente quodam ano-
 nymo irrigatur, cui arx valida imminet. In eo loco
 uidimus quopacto sacrifici recens sacris iniciati, pri-
 mittiam suam Missam celebrantes salvent. Namq; Mis-
 sa peracta eo die ex in sequenti cum tubicinibus
 per oppidum obambulant. Ibiq; salutem cantu,
 virorum, mulierum, sacerdotumq; omnia perfrepunt
 illo recens inaugurate Sacerdoce chorum ducente,
 reliquis autem in sequentibus. Et hec ibi con-
 suetudo est, in exequijs alicuius demortui: Vita al-
 quo defuncto, adferunt in templum uinum, caro, pas-
 sis, aliaq; cibaria, et cognati illius demortui funus
 sequuntur, alba ueste funebri induiti, cui sunt assuti cum
 culli, in modum Monachorum, ea ueste sepe mirabilis-
 ter obuoluunt. Si uero, qui ad eum deplorandum met-
 cede conducuntur, nigra ueste amicti incedunt, ciulas
 sumq; mirabilem, qualis apud nos latitia gestientium,
 uel potorum uox est, edunt. Tomara Punnetum
 tria sunt millaria, pagus est in montanis situs, supra
 quem arx deserta iacet. Eum pagum duo flumina ex
 diuersis partibus rigant, que infra pagum in unum
 conflunt. Id quod in alterum euoluitur Dura vocatur,
 et in Portugallia fontes suos habet. Alterum, quod
 Duram recipit Tagus appellatur, id in Castilia exora-
 tum, per Portugalliam fluens, ad Lisbonam in mare
 sepe exonerat. Punneto Monragilum septem sunt
 millaria, is pagus inter montes loco edito situs est.

M iiiij

ITER DOMINI

ad eum uia est per deserta et Oliueta. Intra id se-
piem milliarium interuum, quod intra Punetum et
Montragilum interlaceat, nullus est pagus. Circa hanc
pagum maxima est copia leporum et cunicularum,
ut non uerisimile uideatur ei, qui non ipse confexerit,
quanta eorum uis in eum pagum adseratur. Pro ues-
to nobis narrabatur, una uice ducentos uel trecentos,
capi et afferri posse, et id quoiescunt; placitum fu-
erit. Venandi potestatem habent non solum eius pagi,
sed etiam finitima regionis incole, nam horum ani-
malium ubiq; maxima est copia. Monragilo Rea-
lum septem milliaribus abest, id est castellum in mon-
te stium, cui arx superne imminet. Ad id castellum uia
est difficilis per deserta. Realo Ebora tribus millia-
ribus disiuncta est. Hec altera est urbs Regni Por-
tugallie primaria, ubi Regem cum aula offendimus.
Hec urbs nullam habet arcem, sed domus Episcopalis
eantum, et altera Ducalis, qui frater est Regis, in-
signes in ea conspicuntur. Episcopalis Domus tem-
plo est uicina, cui ex porticus lapide eleganter ex-
structa, et hortulus amenus uarijs herbis et arboris
bus, excultus, contiguus est. Urbs ipsa in plano sita
est, uinetis frequentibus circumiectis, que uina fortia
admodum et austera producunt, ut ea aqua diluti sit
necessus, alioquin bibi non possent. In hac urbe sunt
multi Sarraceni, et Aethyopum Aethyopissarumq;
ex Barbaria ad tria millia. Et id addere opera pre-
cium erit, quod uerisimum est: In ijs locis triticuna
uel filiginem tribus mensibus, postquam sata fuerint,

maturescere & demeti. Ille tractus quatuordecim
milliaribus à Lisbona distat, Santarin nomine, quā
rērum omnium est feracissimus. Nec abs re fuerit hoc
loco memorare, quibus urbibus Rex Portugallie in
Africa positalur: Una earum nuncupatur Alkacer,
hanc expugnauit annis ab hinc octo, idem Rex, qui
tunc rērum potiebatur. Alteram urbem occupauit annis
ipius ante annos quadraginta. Apud regem Portugallie
gallie confexi animalia, suavi odore fragantia, qua
cāci Alcalie vocantur;

LITERÆ ALFONSI

Regis Portugallie.



LFONSVS DEI
gratia Portugallie &
Algarbiij Rex, Scep-
tæcibz & Alcasatis in
Africa Dominus.

Vniuersis & singulis Regibus fratribus
bus nostris charissimis, plurimas cum
recommendatione salutes. Nec non
Principibus Ecclesiasticis & Sæculas
ribus, Ducibus, Marchionibus, Cos-
mitibus, Baronibus, Nobilibus, Cli-

M v

LITERÆ ALFONSI

entibus, Officialibus quibuscunqz, Capitaneis, Burggraujs, Vicarjs, Generalibus, Potestatib⁹, Ancianis, Gubernatoribus, Presidibus, Iudicibus, Telonarjs, Tributarjs, passuū Custodibus, ciuitatū, opidorum, villarū, & locorum, cæterisqz nostris dilectis, cuiuscunqz dignitatis & præminentie fuerint, status, gradus, & conditionis, ad quos præsentes peruerent, Salutem et sinceræ dilectionis affectum. Serenissimi, Venerabiles, Illustres, Magnifici, Nobiles, & cæteri circūs specti: Quia nobilis Leo de Rosanadala de Platna, maioris experientiæ gratia, & vt ex moribus diuersorum regnum meliorem vitæ frugē probabilioremqz militarem normam sibi cōparare valeat, ad varias orbis partes & regna profici conatus est, operæqz iam partem impleuit. Nos au-

REGIS PORTVGALLIAE 94.

tem hoc illius propositum magnopes
rè commendantes et cupientes in dñe
ni progressu sui itineris plena securita,
te gaudere, uobis ipsum syncero recōs-
mendamus affectu, vos exhortando,
nostris verò regnicolis & prouincias
libus, & terrarum nostrarum subditis
strictè prēcipientes, quatenus, cū eun-
dem Dominum Leonem ad uos ter-
ralq; vestras declinare contigerit, in
huiusmodi suo transitu recommissum
fauorabiliter suscipere & tractare, atq;
in his, quæ securitatem sui concernunt
itineris promotiuam et gratuitam ves-
litis ostendere et exhibere voluntatē,
ipsumq; vnā cū familia, equis, rebus,
bonisq; suis vniuersis, per quoscunq;
passus, portus, pontes, terras, regna,
dominia, districtus, ciuitates, oppida,
castella, villas, et quælibet alia, nostre
et vestræ Iurisdictionis loca, tam per

LITERÆ FERDINANDI
terram, quām per aquas, absq; aliqua
solutione telonij, pedagij, pontiuegrj,
gabellæ, siue alterius cuiuscunq; exas-
tionis onere impedimento, et moles
stia quibusuis semotis, transire, stare,
morari, et redire securè et liberè per-
mittatis et permitti faciatis, sibi, fami-
liæ, equis, et rebus suis, dum et vbi
opus fuerit atq; pro parte ipsorū de-
super cohortati fueritis et requisiti, de
securò & saluo conductu prouidentes
ad nostram complacentiam. Datum
Ex ciuitate nostra Eborensi, XIII.
die Septembris. Anno Domini
M. CCCC. LXVI.

El Rey.

Bpüs Colubriensis.

Vy Doctor y.
v.

LITERÆ FERDINANDI
Visiensis Begiæq; Ducis.



NFANS Dominus
Ferdinandus Visiena
lis Begiæç Dux, ac
Gouilhaa et Mauræ
Dominus, necnon or-
dinum militiæ Domini nostri IESV
Christi, et Beati Iacobi Gubernator in
Regnis Portugallie et Algarbij, equis
tum præfектus. Vniuersis et singulis
Regibus paratū, et obsequiosum ani-
mum. Ducibus, Marchionibus, Co-
mitibus, et alijs Principibus charitatē
syncerā. Baronibus verò, Militibus,
Scutiferis et alijs Nobilib⁹, Cōmuni-
tatibusç, necnon patiarum, terrarū,
et locorum dominis benevolentiam
meam: Connestabularijs, Marescas-
lis, Admiraldis, Capitaneis, gentiū,
armorum, et alijs guerram in terra uel
mari frequentati bus, Senescallis, Bails-
liuis, Prepositis, Scultetis, Maiorib⁹,

LITERÆ FERDINANDI
Scabinis, Gubernatoribꝫ, Rectoribꝫ,
Capitaneis et loca tenētibus, oppido-
rum, villarum, ciuitatum, castrorum,
fortaliciarum, pontium, portuum, dis-
trictuum et locorum custodibus : Ius-
sticarijs, Officarijs, subditis, amicis,
confæderatis et beneuolis , Domini
mei regis, atqꝫ meis, vbiliter constitui-
tis, ac ceteris omnibus, quibus nostris
præsentis ostensæ fuerint literæ, dilec-
tionem et salutem. Quia Illustris et
Magnificus Dominus Leo de Rose
mital alias de Blatna et Frimberg, de
Regno Bohemiæ, pridem apud me
descendens, mihi exposuit, quod tum
deuotionis et peregrinationis causa,
tumqꝫ, vt more illustrium nobiliumqꝫ
virorum, nobilitates, proprietates,
conditiones, ac mores diuersorum
regnum, prouinciarum, patriarcharum,
principatum, dominiorum et locos

rum scrutetur et cognoscat, imò verius animum suum in actibus virtuosis amplius exerceat, ad diuersas tam remotas, quam propinquas mundi regiones, ac partes transferre se disponat, postulans etiā per patentes apices meos commendari. Cuius tam favorabili petitioni, nobilitatis intuitu, duximus non abnuendum. Ea propter me, qui commendaticia tam Imperialis maiestatis, quam aliorum diversorum Germaniae nationis principum scripta, sui fauore suscepi, tum aspectu personae, tumq; multiplicium suarum experimento virtutum comprobata. Vos excellentissimos Dominos Reges obsecro ; Duces vero, Marchiones, Comites aliosq; Principes rogo, cæterosq; omnes alios et singulos hortor et requiro : Meis tandem vasallis, seruitoribus ac subditis

LITERÆ FERDINANDI
districtius præcipiendo pariter et mād
dando : Quatenus præfatum Domis
num Leonem, dum penes vos declis
nauerit, tum nobilitatis intuitu, tum c̄p
meritorum suorum probatissimorum
consideratione, ac mei contemplatio
ne et fauore recommissum suscipere et
habere, fauorabiliter c̄p tractare. Nec
non ipsum unà cum quadraginta per
sonis proceribus et nobilibus, alijs c̄p
familiaribus suis, et de comitiua sua, et
totidem equis aut inferius, et cum eos
rum equis, literis, auro, argento, ba
lisjjs, bulgijjs, fardelis, rebus et bonis
quibusuis ad eos pertinentibus, in et
per regnā vestrā, per prouincias atc̄p
patrias, ditiones, iurisdictiones, ciui
tates, districtus, passus et loca tām ue
stra, quām mea, et alia etiam vobis
credita et commissa, vbilibet, venire,
pertransire, stare, pernoctare, morari,
ac inde

ac inde abire, reuerti & redire, permittere velitis saluos, tutos, pacificos, liberos & quietos, in corporibus, rebus, & bonis suis huiusmodi quibus cunctis nocte diecū, in terra mariis vel fluuio, totiens quotiens, ac ubi, quo et pro, ut eis accommodum fuerit, vel uis debitur expedire. Cessantibus distractio-
bio & impedimento quibuscunq; & absq; alicuius telonij, dacij, pedagij, gabelæ, fundinavis, siue alterius debitum uel tributi solutione uel exactione. Quinimò de seculo & saluo conductu, guidis, victualibus, & alijs rebus eis necessarijs sibi prouideatis, & faciatis per alios, quorum intererit, prouideri. In præmissis faciendo vos Domini Reges, Princes & alijs supradicti, quantum pro vobis, et pro vestris insimili vel maiori casu fieri me cuperes-
tis, quod animo utiq; libenti facere.

N

ITER DOMINI

mus. Vos verò mei seruitores ac subditi eatenus de bona & prompta petnes mea obedientia veniatis cōmensandis, & non de inobedientia puniendo. Præsentibus usq; ad vnum annum à die Datæ, ipsarum computando duntaxat, & non amplius in suo robore permāsuris. Ex Ciuitate Eborense, decima sexta die Septembris.

Anno Domini. M. CD. LXVI.

¶ Eborense urbe à Rege Portugallie digressi, nos item transfigimus Euoramonte, quæ urbs quatuor milliaribus inde distat, in montanis editissimo loco posita, non adeò ampla, in qua nullus est fons uel putens, sed aquam infra urbem incole petere coguntur. Mox lendina ibi, quæ equis aguntur, habent. Euoramonte Estremosum duo sunt millaria, hoc oppidum & arx, itidem in montanis excelso in loco situm est, olim uetus plurimis id circumdantibus. Estremoso Elvasium sex milliaribus distat, urbs est magna arcu consueta, inter montes loco alto extensa, binc campistraria, binc montana prospectans. Ea à finibus Castiliae quatuor milliaribus paruis abest. In hanc intro missi non sumus, nisi iuramento prius prestito. Elvas

o Badaios 3. sunt milliaria, urbs est ex arx, in modis
 inis editiori loco imposta. Eam præterlabitur amnis
 nomine Guadiana (Anas olim dictus.) Hæc urbs iacet
 in finibus Portugallia à Bastilia disterminantibus. Bas-
 sijs Lobona 5. distat lapide, pagus est in colle campe-
 sis undiq; circumdato situs, eodem flumine Guadiana
 collis radices lambente. Lobona Meridam 4. nume-
 rantur milliaria. Vrbs est destructa in conuale inter-
 mones sita. Eam urbem deleuerunt quondam Romani.
 uæ tanta amplitudine fuisse apparet, ut cuius earum,
 uas nobis hoc usq; magnas intueri licuit, comparari
 possit. Hæc uiciissim Romam destruxit. Eam irrigat,
 Guadiana amnis, qui specu montis excelsi, urbi impensa-
 entis, septem milliarium intervallo, conditus, ad Me-
 ridam iterum erumpit. Merida proficiscientibus, iter
 est quinq; milliaribus per deserta, quæ nibil aliud fer-
 unt, quam Anisum ex Pulegium herbas. Merida
 Medelinum quinq; distat milliaribus, urbs est arci subs-
 ecta, non admodum ampla, quam undiq; planities
 ingit, præterquam ab uno latere, quod montes occu-
 ant. Hæc ab arce per declivia collis sese extendens,
 planicie definit. Medelino Macricalegam sexto
 est lapide, pagus est in plano situs, ad quem via est
 per nemora amenissima, que uarij generis feris abun-
 dent, ut pote cervis, damis, ex alijs. In illo pago
 des sunt elegantes, que alias in eo pago præcellunt,
 et ad canobium quoddam, de quo infra dicturi su-
 us, pertinent. In eas edes diuertere solent homines
 nobiles, sed que absumperint, ea soluere coguntur.

N

ITER DOMINI

In ijs stabulari possunt circiter centum equi, uel plures
nam domus est planè regia. Macriclego Guada
lupem octo miliarium iter est, Pagus est, & cano
biuum Deiparae virginis dedicatum. Id inter montes
maximos & altissimos iacet, itineraq; ad id ferent
sunt admodum aspera & difficilia. Fama est, in nullâ
Christianorum prouincia, maiorem hominum concur
sum pio & deuoto studio suscepit esse solere, qua
ibi. In eo canobio sepultus est Rex Portugallie cui
uxore, parens eius, quem nos regnante adiuvamus. Ille
Rex Portugallie mulcis muneribus & donariis, ali
quot millium prelio, id canobium dedit, quod e
filius patrem emulatus fecit, multisq; illud miliaribus la
cunpletauit. Ea dona, que pater & que filius dede
rant, omnia nobis monstrata sunt, ut inferius dicetur
cum alijs compluribus reliquijs, & muneribus aurei
argenteis, & gemmeis, quibus paria nunquam uidi
ram. Monasterium est omnium rerum locuples, &
bundans, si unquam ei simile confixerim. A sacer
dotibus eius loci nobis narratum est, quod pacto primù
illud monasterium fundatum sit: Pastores nempè gre
ges pascentes inuenisse imaginem Deiparae virginis,
eo loco, ubi monasterium conditum est, que buxus
in eo monasterio obseruatur, quam & nos, qui in Do
mini comitatu fuimus, uidimus. Eam imaginem cu
multa miracula edere in illo canobio reges & prin
cipes resciuissent, largis id muneribus ornarum. Id
affirmabatur, eius monasterij prouentus annos et
quadraginta millia, trecentos, uirginis & qualiu

dubios, iij sunt nummi Portugallici aurei, in Castilia
 iam vulgares, Ducati Hungarici pretium equantes.
 Monasterium illud adificatum est à sacerdotibus, qui
 iam pagum monasterio adiacentem adeò magnifice
 xornarunt, ut edium structura urbi alicui adequari
 ob sit. Cenobium ipsum est amplum et elegans, in
 uo triginta duo sunt siphones aquam euocantes, ut
 lures in nullo cenobio uiderim. A prima Monachorum
 um in illud collegium inductione, anni sunt, mille trecenti
 octoginta nouem. Nam ibi antea Eremite habita-
 bant, precipue nobili genere orti. In eo cenobio
 alis est Lex: Si quis militiam sectans, uel locorum
 icrorum inuisendorū gratia peregrinans, ad eos deu-
 enerit, ex apud eos in morbum inciderit, cum obno-
 ij sunt iij sacerdotes in cenobium recipere, et omnes
 es necessarias suppeditare. Si uitam ibi finierit, fu-
 erre honesto iusta persoluere: Sin autem ex morbo
 onualuerit, in quascunq; regiones uel prouincias
 proficisci uoluerit, tenentur eū rogati, proprio sum-
 tu per totam regionem usq; ad fines, deduci curare.
 In suis statutis habent. In eo cenobio morbo est cora-
 ptus Burianus à Schuanberg, quem ibi morbo des-
 titutum, ad Regem Arragonie proficiscentes, reliquis-
 us. Qui postea confirmatus et in partiam reuersus,
 orum humanitatem predicabat, quemadmodum eum
 clauerint, atq; per totam Hispaniam usq; ad Gallie
 nites deduci curauerint. Hoc cenobium iacet in fini-
 bus Hispanie, Gallie, Nauarre et Portugallie.
 Iid nobis relatu fuit: Eo in loco habitasse Eremitam

N in

ITER DOMINI

quendam atq; facellum quoddam ligneum extruxisse.
Apud quod, cum magna edi miracula innotuisset, homines ad eum locum frequenter cōmeasse, pecuniam q
contribuisse, ut magnificentius templum instauraretur.
Eo mortuo alium in ipsius locū Eremitam successisse
qui saceūm uel templum lapideum edificauit. Idq
addebat Sacerdotes eiusdem cœnobij, annales suo
memoriae prodere. Cum id monasterium fundari ce
ptum est, Genitricem Dei, lapides suppeditantem, i
forma virginis, manifeste laboratoribus apparuisse.
In eo cœnobia hæc spectauimus. Primum monstrati
sunt nobis uarie Sanctorum reliquie: Deinde calix
ex puro auro confatus, et gemmis adornatus, quem
ex dono Regis Portugallie habebant, eo maiorem
nunquam confexi. Vidi mus ex loculum, in quo cor
pus Dominicum consecratum afferuari solet, (qui
Monstrantiam quoq; nuncupant,) totum aureum, et
gemmis interlucentibus distinguiatum, tanta magni
tudine, ut ab uno homine alleuari nequeat. Contem
plati sumus ex spinam roscam, frondes uel uirgulas ei
puro auro habentem, quæ bene magna erat. Hæc om
nia Rex Portugallie, qui tunc regno præerat, apud
quem nos fuimus, donauerat. Namq; ibi pater et
mater ipsius conditi iacent: Et ipse cum uita defunctus
fuerit, ibi sepeliendus est, sepulchrum enim iam præ
paratum habet. Ei regi Alphonso nomen est. Illud
cœnobium urbem aliquam amplitudine representat,
in quo singulis diebus missa, minimum centum pera
guntur, diebus, ultima Cœna Christi, et altero Pas-

Ronis eiusdem memoria insignibus, sabbatibus inses-
quenti, exceptis. Hoc monasterium est opulentum,
resq; necessarie in eo, ut in urbe nonnulla, inueniri
possunt. Guadalupa Bedrosum septem milliarium
intervallo disiunctum est, hic pagus inter montes ma-
gnos iacet. Bedroso Pontem Archiepiscopi, duos
rum milliarium itinere peruenimus, pagus est amplius
quem preterfluit Tagus amnis, ponte lapideo iunctus,
cui imposita sunt turres due elegantis structura, ibi
niciſim montibus superatis, plana attigitus. Ponit
Archiepiscopi Talaueram sex sunt millaria, urbs est
arcī coniuncta, in campestri loco posita, quam idem
Tagus irrigat. Ad eam iter est per uineta & olive-
ta, quæ à duobus lateribus urbem circumdant.
Talauera Buruionum octo milliaribus abest, pagus
est in conualle positus. Buruiono Toletū quarto la-
pide disiungitur. Urbs est arcem habens, colli plani-
tie circumdato, imposta, quæ, quod ad munitionem,
nix ulli Castiliae urbi secunda est. In ea templum est
pulcherrimum, in quo multæ Sanctorum reliquiæ of-
feruantur. Fama est, cum quondam banc urbem Ethnicis
cepissent, templo huic eos proprie elegantiam peper-
tisse. Sed hac urbs ab Ethnicis niciſim recuperata
est, cū Alphonsus eius templi Archiepiscopum ageret.
Tempore quodam cū die Natalitorū Christi diuus Ala-
phonsus primitium suū sacrū celebraret, ferunt, appar-
uisse ei genitricem Dei, uestem missalem offerentem,
qua ille tantū ipse, & nō aliis in administranda missa
ueretur. Toletum Tagus fluuius preterlabitur.

N iiiij

ITER DOMINI

Inde Cabania sum tribus milliaribus abest, pagus est in
plano, collis impositus. Hinc Xetafam septem mil-
liarium iter est, hic pagus quoq; est campestris. Xe-
tafa Madridum duobus milliaribus disiunctum est. Id
oppidum locis campestribus in colle iacet, non admo-
dum amplum. Madrido Alcala de Henares sex mil-
liaribus distat, oppidum est ex arx, ab altera parte
planitiam, ab altera montem aliſſimum prospectans.
Inde Guadalajara quarto abest millarii. Vrbi est, quā
incolit Marchio quidam, nomine Iacobus, procerum
regni Castiliæ haud postremus, ubi aedes habet magnis
fice exadificatae. Vrbs hac in conuale inter montes
sitia est. Guadalajara Hitam quatuor sunt millaria.
Vrbs est arci supposta, ipsa iacet in declivi montis,
arcem impendentem loco alto habet. Hita Siguensi-
siam septem milliarium iter est, hec urbs arci adiun-
cta ex in conuale sita inter montes Episcopi Siguensi-
ciani ditioni paret, que munitione ex amplitudine
cuius urbium Castiliæ comparari potest. Siguencia
Medinam celi quatuor millaria numerantur. Ea urbs
ex arx in montanis loco altissimo imposita est: Ibi
habitabat Comes quidā: hec quatuor milliaribus a-
best à finibus Aragonie. A bea urbe iter est per ter-
ram Etnicorum, qui magnam regionem obtinent,
nullumq; Christianum inter se patiuntur habitare. In
eo itinere tres arcas in finibus sitæ conficiuntur. Me-
dina celi Monrealum quinq; distat milliaribus, pagus
est, cui arx imminet, inter montes iam in Aragonia
situs. Vlra cum pagum saxa ingentia, limites Are-

gonie & Castille designant. Eum pagum ingressi, primum terram Aragoniam attigimus. Monrealo Bubiercam uenimus quatuor milliarum itinere, is pagus, arcis impendens subiectus, inter eosdem montes iacet, quem praterfluit torrens nomine Sabalun, primus ab eo Aragoniae latere. Bubierca olim Bilbilis, nunc Calatajud tribus distat milliaribus. Oppidum est in montanis situm, cui duæ arces impendent. In eius suburbia complures aedes in rupe excise cōspiciuntur. A hea urbe digressi montibus rursum superatis, per quos quadrivium via difficultiter fecimus, in plana deuenimus. Calatajudo Almuniam, quinq; milliarium interuerso superato, progressi sumus, id oppidum non admodum amplum, in campestri loco situm est. Almunia Muelam, iidem quinq; sunt millaria, pagus et in monte situs. Sarracenorum Granatensum hi sunt mores: Vnus eorum septem uxores habere, & si qua non placuerit, eam repudiare, aliamq; ducere potestatem habet. Inter eos mulii Iudei habitant, cum quibus unanimiter uiuunt. Regi suo, si eis non probatur imperium abrogant, uel occidunt, aliamq; si sufficiunt, quares frequenti apud eos in usu est. In ea regione feminae sunt elegantiſſime & formosiſſime, sed uiri ualde deformes. Terra est bona & frugum frax. Delubra suo more, elegantes habent. Verum de propositum. Muela Saracoram (Cesar Augustam Lanini uocant) quatuor sunt millaria. Hec caput est Aragoniae, in planicie sita, ab una parte uineis eleganteibus, ab altera locis palustribus & uliginosis cingitur.

ITER DOMINI

Bam flumen magnum præterlabitur, nomine Iberus,
quod cum inundauerit, urbi aliquot nullum detri-
mentum affert. Id ponte lapideo longo constratum est.
In ea urbe offendimus Regem Aragonie cum filio.
Posteaquam in diuersorum uentum, ex ab equis de-
scensum esset, Rex extemplo eò misit Barones et No-
biles, ministros suos, qui Dominum et comitatum ipa-
rus honorificis humanisq; uerbis, regis, et suo nomi-
ne exceperunt. Secundum ea consurgentis Dominum
orabant, ne graueretur exponere, ex qua prouincia
uel Regno esset? Ex familia etiam nostra sciscitabam-
sur, quis? an princeps uel Rex alicunde esset? quod
tam honorifice in aulam Aragonicam aduenisset? Tu-
nkerò Dominus literas, quas ab alijs Regibus et Prin-
cipibus, priusquam in Aragoniam uenisset, acceperat.
Ijs commonstrauit: Quibus illi perfectis, magnum
Domino honorem exhibebant, quod tam magnificas
et Regibus et Principibus haberet commendationes,
dicebantq; ad Dominum: Si literas à Rege suo, uel
aurum, uel argentum expeterit, nullam eius preces
repulsam laturas. Tum Dominus consurgens, ma-
ximas illis et Regi agebat gratias, quod tam propensa-
so et beneuolo animo in se essent. His dictis, illi à
Domino petebant, ut literas eas, quarum antea copi-
am fecisset, sibi committeret, se illas Regi common-
straturos, eam rem admodum gratam Regi futuram
esse, sedemq; dabant eas integras atq; inviolatas ab se
relatas et restitutas iri. Quod se Dominus perlubem-
tem facturum respondit, atq; exemplo illis eas tradidit.

dit. Postea die ijdem ipsi omnes ad Dominum redierant, literasq; relatas cum honoris exhibitione in mensa deposuerunt, gratias agentes, quod tantum Dominus ijs tribuerit, ex literas crediderit. Simulq; munera Domino auulerant, dicentes se à Rege Domino suo mitti, qui denunciarent, quodcunq; Dominus à Rege petiturus esset, eius rei compotem futurum. Ad hec Dominus respondit: Amici charissimi: In primis regi domino uestro, gratias ingentes ego, deinde ex nobis, quod me cū comitatu meo, tantis honoribus dignum duxeritis: Ego quidem quantum ad me attinet, à Regia Maiestate nullum aurū nec argentiū exposco, sed R. M. meō ex comitum meorum nomine, id tantū submisē oro, ut nobis R. M. symbolū suum attribuat, quemadmodū illud ex ab alijs regibus ac principibus concessum est. Namq; ego cum hisce meis comitibus, non ea de causa ex patria mea profectus sum, ut dona acciperem, sed ut aulas Regū Principūq; inuiserem ex perlungarem. Die tertia uenerūt ad Dñum, rogantes, ne egrē ferret, quod ipsi tādī accessus ad Regem nō pateat, Regē enim grauibus negocīs nunc distineri. Magni tū in eo regno, cū nos ibi essemus, motus erant. Et regni pceres per insiurandū in fidem et obsequium filij regis adigebantur, ut ei, si Regi longiorē uitā facta denegarent, parerent, nā multi certas ob causas cōtra regem rebellabant. Saragosa domus est eleganter ex magnificè exadificate, in qua Iudicū regni haberi solet. Ea urbs est antiquissima, ita ut inter oēs Chriſtiani orbis ciuitates, nulla ea antiquior esse existimeatur.

ITER DOMINI

que recepta est ab Ebnicis per Regem Gallie, ad quem multi principes et gentes originem suam referunt. Ibi captus erat Rex Ebnicorum, et postea supplicio affectus. In ea urbe quoque uersatus est diuus Iacobus Apostolus, Christi nomen Ebnicis predicans, sed eius conciones nihil proficiebant, conuerti enim ad Christi fidem nemo poterat. Concessum est tamen illi, ut facellum Deiparae virginis extrueret, in quo ille ipsa semanu propria imaginem eius delineauit, quae cum templo in hodiernā diem integra et inviolata existet. Perbibens nullum fanum in ulla Christianoru prouincia, quod Beatae virginis sacrum esset, eo uelutius resperiri. In ea urbe ad ignis alimenta utuntur lignis cupressis, oleagnis, et Rosmarino frutice, nam ibi agri ubique Rosmarini et salviae sunt feraces. Eam enim regionem per quadraginta et duo millaria peragrantes nihil aliud ibi, quam Rosmarinum et saluis amarantem uidimus. Ea tempestate Regina cum exercitu urbes nonnullas obsidebat, que Regi rebellarerant. Die quarta aduenerunt ad Dominum, de Baronum et equitum ordine nonnulli, qui ipsum cum comitatu ad Regem deduxerunt. Cum in regiam uenissent, Rex Domino obuiam progressus est in palatium quoddam, cumque honorifice exceptit cum omnibus comitatu. Tum Dominus Regem, omnium Regum et principum, quos adierat nomine, per Heroldum, ut mos est, salutauit. Deinde dixit Rex ad Dominum: Scimus et audiuimus te aulas regum visitare et perlustrare, ut uirum nobilem decet: Quapropter amice

LEONIS.

103.

dilecte, quamcunq; rem à nobis postulaueris, eius cō-
pot fies. Tum Dominus submissè Regem orabat, ut se
comitesq; suos, symbolo regio cobonestatre non grā-
uaretur. Id se Rex libenti animo præstitum promis-
sūt. Et si quid amplius munerum auri vel argenti de-
posceret, promissimē largiturum. Ad hanc Domini-
nus respondit: Serenissime Rex, non ideo patrios pe-
nates reliqui, ut ad eos muneribus locupletatus revera-
teret, sed, ut aulis Regum et principum perlustratis,
prudenter factus eos reuiserem. Id tantum modo à
T. M. postulaui et adhuc postulo meo et comitum
meorum nomine, ut symbolum T. M. nobis consequē-
ticeat. Eo Rex auditio, statim ea adferri iussit, iam
omnia preparata. Que manu capiens, omnium pri-
mum Domino illud sua manu impescuit, deinde et alii
os comites, qui cum Domino erant, singulos seorsim
ijs ornauit, subiungeni: Hoc symbolo, quod nunc tibi
et eis comitibus à nobis attributum est, plenam libe-
tatem concedimus, ornandi viros bonos, et non
bili sanguine prognatos, ea autoritate, ac si nos ipse-
sūt in regio solio sedentes, id illis attribueremus, et id
usq; ad uitæ tue finem. Tum ingentes Dominus Re-
gi gratias agebat, cum magno honore, suo et comi-
tum nomine, quod eo munere dignos iudicasset. Se-
cundum ea Rex dixit: Hoc autem symbolum ad hunc
modum conseruare debetis: Primum frequentes preces
ad Deum effundite, deinde iejunio corpora uestra dos-
mate, pauperibusq; stipem liberaliter largimini. His
peractis Dominus et alij comites, cum regi ualedic-

LITERÆ IOHANNIS

xissent, in hospitium reverstī sunt. Postea quinta die Saragosa discessimus, comitantibus nos ducoribus à rege attributis, usq; ad fines Cataloniae.

LITERÆ IOHANNIS Regis Aragonum.



ERENissimis & potentissimis Principib⁹ quibusuis Regis⁹, Fratrib⁹, Consanguineis & Amicis nobis charissimis. IOANNES Dei gratia Rex Aragonum, Nauaræ, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, Corsicæ, Comes Barehng, Dux Athenarum & Neopateræ, ac etiā Comes Rossihoms & Ceritamg, Salutem & prosperos ad vota success⁹ sus: Nec non Illustrib⁹, Reuerendis, Venerandis, Ecclesiasticis & secularibus Principibus, Ducib⁹, Marchionibus, Comitibus, Vicecomiti⁹

bus, Baronibus, Nobilibus, Militis
bus, Capitaneis, Seneschallis, Gubero-
natoribus, cæterisq; omnibus cuius-
cunq; status conditionis aut præemis-
nentiæ existant, deuotis nobis pluris-
mum sincereq; dilectis, Salutem intes-
gram ac dilectionem & omne bonū:
Officialibus verò & subditis nostris
quibuscunq; ad quos præsentes per-
uenerint, Salutem & dilectionem.

Quia nobilis Leo de Rosental de Plas-
tina, affinis Illusterrimi Regis Bohem-
iæ, maioris experientiæ gratia, &
ut ex moribus diuersorum regnum
meliorem vitæ frugem, probatoriæq;
militarem normā sibi comparare vao-
leat, per diuersa mundi loca profici-
scendo, ad Maiestatem nostram ve-
nit: Nos autem hoc suum militare ins-
titutum magnopere probantes et cus-
pientes memoratum Leonem, in fut-

LITERÆ IOHANNIS

progressu itineris, plenâ securitate gaudere. Vobis ipsum syncero recom mendamus affectu, uos ex animo des precantes, nostris verò officialibus et subditis, districtè præcipiendo manu damus, quatenus, cum eundem Leos nem ad uos, terras vestras, & loca de clinare contigerit, in huiusmodi suo transitu nostræ considerationis intuis tu recommisum suscipere, fauorabi liter tractare, atq; in his, quæ securitatem & celeritatem sui cōcernunt itineris promotuam & gratuitam velitis ostendere et exhibere voluntatem, ips umq; vñà cum familia, equis, rebus & bonis suis vniuersis, per quoscunq; passus, portus, pontes, terras, regna, dominia, districtus, ciuitates, oppida, castra, castella, villas, & quælibet alia nostræ & vestræ jurisdictionis loca, tam per terram, quā per aquas, absq; aliqua

REGIS ARAGONVM. 105.
 aliqua solutione telonij, pedagij, pono
 tagij, gabellæ, gustumæ, siue alterius
 cuiuscunq; exactiōnis, onere, impedis-
 mento & molestia, quibus suis fēmotis,
 stare, morari, & redire securè & libe-
 rē permittatis, & permitti faciatis, sibi,
 familiæ, equis, & rebus suis, dum &
 opus fuerit, atq; pro parte ipsorum
 desuper adhortati fueritis & requisiti,
 de seculo et saluo conductu prouides-
 ri, pro nostra maxima complacentia,
 grata per nos vicissitudine compens-
 sanda. Datum Cæsaraugustæ vice-
 sima die Octobris. Anno à nativitas-
 te Domini: Millesimo, Quadringen-
 telimo, Sexagesimo Sexto.

Dominus Rex mandauit mihi
 Philippo Clementis.

Saragosa Offeram sex sunt milliaria, castellum
 est, cuius incole omnes sunt Eibnici & Mauri, pre-
 ter tres, qui Christum Deū colunt, ibi Eibnici Dño



VITER DOMINI

contemplari permiserunt edem, in qua orare consueverunt. In eo tractu multa oppida, castella, pagosq; Etnici possident, qui Etnici et Mauri sunt coloris candidi. Circa uias qua transfluimus, crescunt tuniperi duplices, vulgaris et rubrae, haec trunoum habent admodum crassum, ut uix duorum hominum brachiorum extensis circumdari possit, in eamque altitudinem crescunt, ut apud nos pinus maxime, frondes in latitudinem extendunt in modum piri arboris. Iter illuc est per deserta, quae nibil aliud quam Rosmarinum, salvia, absynthiumq; generant: Sed absynthium alio modo ibi crescit, quam apud nos, nam illic est exile, quots annis bis florem emittens, tempore scilicet uerno, circa quadragestimalle icunum, et in Autumno circa festum Martini, regio etenim est calida.

V. Osseus Pinalua septem milliaria numerantur, super hunc pagum in conualle situm, arx emines ampla sed deserta, loco alto posita. A Pinalua 4. milliari Fraga distat, oppidum est supra fluum in declivi montis situm. Plus uio Cinga nomen est, qui ponte ligneo exili iungitur, sed alueu habet profundum. Fraga Alcares 2. abest milles uerbs est que distinguit Aragoniam a Catalonia.

Inde uno milliari distat urbs nomine Lerida, que prima ex Aragonia proficiscitibus Cataloniae urbiu ocurrat Estque ampla et sub monte sita. Eius menia ab altero latere praterfluit, flumen nomine Sexgra, ab altero uero campis patribus cingitur. Ea regio circumiacens est malorum granatorum feracissima. Lerida Tarracam 6. milli: uia est, id oppidum campestre

est, ex altera parte locis palustribus, ex altera vineis circumdata. Tarraca Ceruaria 1. mill: distincta est. hæc urbs monii imposta, Cardinalis cuiusdā domicilio est insignis. Ceruaria Mommanen 3. lapide disiacet. Paganus est arci subiectus. Inde Iqualada 3. milliariorū itinere peruenimus, hæc urbs in plano ad radices montium sita est. Iqualada Pieram 2. sunt milli: Oppidū est loco edito, sub montanis positum. Piera Martorelo 3. abest milli: & id oppidum est, ab uno latere montem, ab altero campos spectans. Supra hoc oppidum arx eminet loco ualde excuso extructa. Id diuersis partibus irrigant 2. amnes, alter maior, alter minor: Maior dicitur Rubricatum, minor nullo nomine insignitus est. Martorelo Molindoregium duo sunt millaria. Urbs est quam flumen iam dictum lambito. Eam urbem petentibus iter facere necesse est, iuxta pavidam marinam, semita quadam duo millaria a mari distanti, que est admodum ercta, ut pediti vel equitū conū patet, ei mons excelsus. & rupes prærupta impendet. Ea semita cum nos iter facheremus, exilierunt ex anfractibus duo predones maritimi, & comprehendenderunt Schaschonem, qui, reliquis ex comitatu ultra ea saxa prægressis, paulo lentiū incedebat. Tum respiciens Iohannes zebrouiensis ad suos conclamauit, ut illi opem ferrent, neq; eum abduci pateremur. Quidcum liberare uolentes, sub uentre equorum se se submittere cogebantur, quo ad eum peruenire, citius posset, nam semita admodum erat angusta. Predones vero conficati, quod eum ē manibus suis cripere uellente

Q. n.

ITER DOMINI

in aquas eum detrudere conabantur, sed celeri sociorum aduentu oppressi, illo relicto, veloci gressu in ea saxa se se recuperunt, ita, ut eos nemo assequi posset. Cum Molindaregium uenissimus, accessit ad nos in die uersorium Catalonius quidam homo ualidus et robustus, qui nostros more militari ad luctam inuitabat. Eum D. Iobannes Zehrouiensis, certamine inito, uicit et prostrauit. Qui uictus ad secundum cum certamen provocauit, nempe, ut uicti ferreo iaciendo in platea secum certaret, in quo certamine, longè D. Iohannem post se reliquit, namque illi sunt in eo certaminis genere exercitatisimi. Postea, tertia ferme hora noctis, magnus est tumultus in urbe exortus: clamor et sonitus campani eris undique exaudiensatur. Cum ecce magna hominum turba ad diuersorium nostrum concurrit, uarijs telis armata, iamque ades oppugnare incepit. Nos quid rei esset inscius, necem omnium nostrum, animo premeditabamur. Tum Dominus confirmans suos dixit: Amici dilecti, isti homines nihil boni in animo habent, ades nostras oppugnant, tela in manibus habent: Ego nihil aliud opinor, quam quod interencionem nostram moliantur. Agile ergo, restitamus ipsis, ut bonos et fortes viros decet, quousque uires sufficerint. Ego, quamuis et mibi eiusmodi existus timori sit, ut uestrum cuilibet, tamen uobis uel uicis uel mortuis comes adesse non recuso. Eo sermone confirmati, arreptis armis ad scalas, quibus nostram conclauem adibatur, accessimus, ibi cuique Dominus locum suum tueri mandauit, cumque quoad uita maneret,

nos deferere. Tum illi Heroldum nostrum ad collos quium prouocabant, admonentes ut aequo essemus animo. Quibus Dominus Heroldum respondere iubuit, nos aequo ista animo ferre non posse, cum videamus in aedes nostras impetum fieri, et tantam multitudinem armatam circumstare: Quam, se non siter, arbitriari, nisi ad nos omnes trucidandos concurrisse, sed sperare nos non inultos casuros, si quid ab ea tentatum fuerit. Hec illis postquam renunciata fuerant, quas tuor ex illa multitudine viri nobiles grandes natu processerunt, dicentes ad Heroldum: Denuncia Domino et alijs bonis viris, ut nos ad se intromittant, nos causam buius tumultus ipsi enarraturos, pollicemurque eos ab omni periculo tutos fore, si quid a reliquis suis sceptum fuerit immo nos ob fidum loco in potestate sua babebunt. His auditis Dominus suos consulebat, quid esset faciendum? iij censebant, illos quatuor ad collos quium admittendos esse, sed non plures. Qui in atrium intromisi, ita locuti sunt: Domine ne hic motus animi tunc terrat, uel turbet, qui bene ob causam exortus es. Vir ille militaris, qui interdiu apud nos fuerat, et cum uestro, lucie et uestitis ferrei certamen inierat, is hac nocte cum uxore cuiusdam in adulterio deprehensus, a marito ipsis occisus est. Quidam de causa homicidiam illum in diuersorio uestro uestigauimus, arbitrati eum ad nos configuisse. Cum autem non intromitteremur, impetum fecimus. Quibus Dominus respondit: Ideo uos admittere noluimus, quod nos armatos, et ad necem nostram paratos, accurrentes uic

O iij

ITER DOMINI

deremus. Si postea Dominum orebant, ne id factum
indigne ferret, hanc enim ob causam, qua memorata
esset, id accidisse. Quorum dilectis tamen non muliū
credebamus. Cataloniū enim sunt homines perfidi &
scelerati, Christiane quidem professionis, uerum quis
busuis Eibnicis deteriores. Ab ijs Borzita capte erat.
Molinda regio Barcellonā (Barcilio Latinis) uenimus,
duorum milliarium itinere. Hac urbs est ampla & e=legans, celebrisq; in Catalonia, iuxta mare sita, in quā
multæ merces mari importantur. In nulla regione
quas peragruimus plures arces uidi, quam in Cata=
lonia, nullibq; maiorem palmarum copiam confixi,
quam circa hanc urbem. Ea tempestate, cum nos ibi
essemus, obierat eius regionis Rex, qui filium super=stitem reliquit præstantem forma puerū, quem & nos
in diuersorium ad Dominum adductum, uidimus.
Eratq; magna dissensio, tempore interregni, quidam
verum summam ad Ducem Calabriæ trahebant, quidā
ad Aragonium, nam ille Rex defunctus filius erat Re=gis Aragonie: Quidam censebant filio regis demorsu=t
tui, qui heres legitimus esset, regnum conseruandū esse.
Dum in ea urbe uersaremur hospes nos admonuit, ne
bini uel terni tantum ex diuersorio egredieremur, sed si
expatriari uellemus, ut omnes simul iremus, multos enim
siebat, prædones maritimos ibi obuersari, qui homi=n
es furtim prehendant & capiant, eosq; diuendant.
Cum quem ceperint in nauī cum constringunt & aliæ
gant, ne aufugere posse, atq; eū postea in servitutem
uendunt. A litorie nauim soluentes, ninculis cum exis-

ment, nūnō enim modo, cum mare tantum & cœlum
in conspectu sit, effugere potest. Sed cum ad terram
applicuerint, rursus eū astringunt ne discedere possit,
ac ita homines pecudum modo uenales elocant. Aliud
quod de hac prouincia narrem necio, præter quod
homines ferat mortalium sceleratissimos & perfidios
sissimos, si uilla Christianorum terra. Tres Eibnicos
rū prouincias peragruimus, nempe: Barbaros, Sar-
racenos, & Granacerenos, inter quos multo tuiores
fuimus, quam inter Catalonios. Eo anno, quo nos ibi
fuimus, Rex eorū uita decesserat, nomine Petrus, qui
à summo Pontifice in diuorum numerum relatus est, ob
multa eo tempore edita miracula. Eius corpus uidim.
in eo templo ubi sepultus est. Barcellona est urbs am-
pla & pulchra. Eius plateæ ita sunt puræ, ut, si max-
imum imber decidat, pedes tamen luto non fædentur,
nam omnes lapide constratae sunt. Imbre siquidem ca-
dente omnes sordes abluitur, & in mare deferuntur,
nam urbs in ipso maris littore iacet. Iuxta mare uicus
est, ubi negotiatores aduenientes merces suas expos-
nunt. Circa eam urbem magna est copia palmarum
arborum que Dactylos ferunt, & fructum non prius
ostendunt quam centesimo anno. Fructus earum simili-
lis est ficubus, sed dulcior ijs & commodior: Hee
in magnam altitudinem ex crescunt: ab inferiore para-
te usq; ad summum squamosa cortice truncum ob-
ductum habent. In summitate frondes & fructum
emittunt. Iste sunt ea, quarum frondibus Christo
Hyerosolymas inuenienti, uia sternebantur.

O iiiij

ITER D. LEONIS.

Id etiam hoc loco addere non abs re fuerit, de uiro
quodā huius regionis, ex cuius stemmate Comites or-
tos in Gallia uidimus. Cum quidam ex antiquis regis-
bus Gallie, diuī Dominici uisitandi gratia peregrin-
ationem suscepisset, iter faciens per Catalonia, uirū
quempiam magnum natu, palmam serentem confexit,
quem compellauit dicens: Amice quid hoc plantas?
Cui cum ille palmam se serere dixisset, Rex addidit:
Cur hoc facis? nam centesimo denum anno fructum
ferre dicitur. Ad bac ille: Serenissime Rex, multas
uides eius generis arbores, non à me, sed ab alio quo-
piam plantatas, quarum tamen fructibus ego fruor.
Quem ob causam & ego nunc facio, ut me mortuo,
qui superstes erit, ex bac fructum capiat. Rex his
auditis, inquit: Iam intelligo te non solum tui ipsius,
uerum etiam posteritatis, curam agere: Itaq; tue isti-
us iuste sollicitudinis gratia, te mecum ducam, & in
altiore locum euebam. Ad hunc originem suam re-
ferunt iij Comites quos in Gallia à nobis uisos esse dixi;

LITERÆ HISPANICÆ



Os deputats del Ges-
neral del principat de
Catalunya residents
en Barcelona, Als no-
bles magnifichs e ho-

norabls tots e sengles Capitans axí
generals com particulars gents dars-
mes, cauallers de la geneta les armes
exercints per lo dic principat, iurats,
consols, regidors e phomens de Ci-
utats, viles, castells e lochs de obedi-
entia del Serenissimo Senyr nostre lo
senyor Rey. e añres. deliberations ad-
herents salut. Com lo Egregi e gran
baro lo Senyor don Leo de a rosita e
blanna, de la Illustrissima Regina de
Boemia germano ab sa companyia
precant lo mon, sic arribat en la pres-
sent ciutat de Barcelona se pertine de
aquilla vulle e entene anar la uia de
perpenya. Per co considerants la grā
casa don es, e que ab si aporte la diuis-
sa o empfa, del Serenissimo Senyor
don Iohan primogenit nostre Duch
de Calabria, e encara va ab ell per
conduhir lo hun araud del Illustrissim-

O v

ITER DOMINI
mo monsir de Charloys, al qual molt
desfjani cōplaure, ab tenor deles pres
sents, vos pregā e encarregam quants
mes podem, que lo dic don Leo ab
tota sa companyia lexeu passar libera-
ment, fahent li bona companyia, se ne
contradiccio alguam. Datum en Bar-
celona a dos de Nohembre l'ay de la
natiuitate de nostre Senyor, M. CD.
LXVI.

P. Celom Ardiā.

Barcelona ~~Mamolen~~ tribus milliaribus distat,
pagus est, partim locis palustribus & nemorosis cir-
cumdatis, partim montibus excelsis. Mamolen ~~Cac-~~
~~stelricum~~ sex disiungitur milliaribus, urbs est in mon-
te sita, arci subiecta. Eam præterlatitit ~~Tardera~~ flu-
minus. Castelrico (Starlic in mappa) Gironam (Geo-
rund olim) quinq; sunt millaria, hæc urbs arcem ha-
bet, & ab altero latere planicie circumdatur, ab ali-
gero montibus, inter quos altera arx conspicitur. Mes-
nia eius duo flumina lambunt, unum maius, alterum
minus: Maius nomine Tber, ponte lapideo breni iun-
gitur: Minus Flauina dicitur. Ea ex diuersis partibus
descurrentia urbem irrigant. Girona Figaras quinq;

milliarium iter est, ea urbs in plano iacet, amanisq;
boris, et nemoribus paludosis cingitur. Figaris
Perpennianum nouem milliaribus Italicas distat, urbs
est arcis iuncta, quam rigat Tber amnis, ponte lapis
deo non longo iunctus. Circa eam urbem quatuor mil-
liaribus finitur Catalonia, et incipit prouincia, que
Roflionis nuncupatur: Ea Regi Gallie subiecta est:
Sed illam Rex Anglie trecentis millibus Coronatorum
oppignoratam obtinet. Hac prouincia non est am-
pla, Gallie, Catalonia, Castilięq; confinis. Per
penniano Siga septem milliarium itinere distat. Urbs
est non admodum ampla, ad mare in planitate sita.
Ex qua Rex Gallie sex millia coronatorum annua,
ex salis uectigali, fractus capit. Coronatus autem eius-
dem est pretij sicut Ducatus vel aureus Hungaricus.
Siga Narbonem uenimus trium milliarium itinere, urbe
est in campestri loco posita, quam alluit flauius nomi-
ne Libron. Narbona Santyberium 7. milli: distat,
hac urbs in plano sita est, in qua Sanctus Tyberius, S.
Modestus, et beata Florentia, sepulti iacent. In via
Narbonensi lacus est ponte constratus, in quo uectigal
Regi Gallie exigitur. Hic lacus disternat Galliam à
prouincia Roflionis. Eam urbem preterfluit flumen
magnū, quod in mare euoluitur, Herut nomine. Qua-
nos trāstiuimus, prouincia est opulenta, et arcibus ur-
bibusq; frequentibꝫ exulta. Multe quoq; arces et ure-
bes, monasteriaq; elegantia, in Insulis, contra ea littor-
ia iacentibus spectantur. Santyberio Montē pessulae
num octo milliaribus processum est, hac urbs in piano.

ITER DOMINI

non longè à mari iacet. Non procul inde amnis defluat, nomine Rems, qui ponte lapideo non longo sternitur. In hac urbe S. Urbanus Papa sepultus est. Monasterium Nemusum octo milliaria numerantur. Hac urbs arcem habet, et in plano sita est, eius latus unum montes occupant. Supra urbem in monte turris est desolata, quam Rex quidam Ethnicus Vzes nominasse, edificasse fertur, qui et in urbe amphitheatrum amplius et elegans extruxit curauit, in quo, ubi idola Ethnicæ constituta erant, magnifice exornatum erat. Nemusum septem sunt millaria Auenionem, qua urbs est amplitudine et pulchritudine eximia, muris, quadrato saxo constructis, quaternis, fossisq; item aqua plenis, quaternis, undiq; cincta. Muros, turrem omnes ex quadrato lapide erecte, coronant. Ea urbs in plano posita est, Galliam à regione, que insula Venetie nuncupatur, et summo Pontifici cum omni circuictu provincia, paret, distaminans, arcemq; habet elegantissimam et magnificentissimè extructam. Hanc urbem alluit Rhodanus amnis profundus et latus, qui ponte lapideo longissimo iungitur. In eo toto itinere pontem eo magnificentior em non uidimus. Eius pontis pars dimidia ad Regem Gallie pertinet, dimidia ad Papam, hinc Papa, illinc Rege Gallie uectigal exigente. In aduersa ripa fluminis, urbs in monte fluminis imminenter sita est, Auenioni obiecta nomine Nonauilia. Aueniona Carpentoractum quatuor milliaribus abest, ibi habitat Cardinalis, qui Pontificis Maximi nomine, regioni illi, insula Venetia, praedit. Ea

LEONIS.

III.

urbs iacet loco campestri, in radicibus montium. Ad eam urbem iter faciendo, urbes circumiacentes qua conspiciebantur, sexdecim numerari, arces tredecim, nam is tractus quam maximè edificijs excutus est.

Duobus ab ea urbe milliaribus montana intravimus, quā per quinq; millaria iter babuimus, iij montes sunt magni & excelsi. Carpenteracto Egoſemina octo milliarum intervallo distat, castellum est muro cincum, in montanis situm, quod alluit amnis Ouisdis.

Egoſemina Beopera quatuor abest milliaribus. Urbs est ampla in montanis sita, arei subiecta, quam torrens irrigat. Ultra eam urbem duobus milliaribus incipit regio que Delphinatus nuncupatur, & definit Insula Venecia. Beopera Tallartum sex milliarum inter= uallum est, hæc urbs in montibus sita est, non admodū ampla, arcem habens, cui altera arx in monte immi= net.

Tallarto Eburodunum septem distat milliarib⁹, urbs est & arx, domicilio Episcopi Delphinas- tis in signis, loco alto sita, in aliis maximis & al- tissimis circumiacentibus, qui niuibus nunquam liqueſcentibus semper albescunt. Inter illos montes sunt ur- bes, arces, pagi, & frequentes. Hanc urbem Dru- entia amnis preterfluit. Eburoduno Brigantium seu ptem milliarum itinere peruenimus, urbs loco edito in montanis sita, cui supernè arx imminet. Brigantio Lufannam quatuor sunt millaria, hic pagus in monte iacet, quem irrigat fluminis magnus, sine nomine. Lufanna Susa sex milliaribus distat, urbs est & arx monti, alijs montibus circumiectis, impoſita: hæc in

ITER DOMINI

finibus quæ terminant Delphinalum iacet. Eaq; est consuetudo Nullus Rex Gallie sceptiris potiri potest, nisi ab infantia in Delphinalu s^te educatus. Semper autem maximus natu filius eō mittitur, qui est heres regni, patri demortuo successor. Eo rege creato, frater natu proximus in Delphinalu subrogatur, regni successor, si eueneret, futurus. Hac consuetudine uersa iusta & diuturna obseruatione confirmata, effectum est, ut regnum Gallie nunquam Rege caruerit. Hec prouincia non est magna, sed montium, undiq; eam claudentium, munimento firmissima ita, ut ad eam unicō tamcum loco editus pateat, similiter & exitus, qua loca, cum sint quasi portae regionis, clausæ appellantur. Eæ clausæ tam sunt firmae, ut, si omnes Christiani Reges eam regionem oppugnatim uenirent, ab his nibil periculi perilescant, semper enim sunt validissimis praesidijs permanente. Tormentorum bellicorum nullibi maiorem numerum confiximus, quam apud eam clausam, aliisque centena fuisse arbitror. Regio ista est fertilis, uincis, pomarijs, horris, & alijs rebus necessarijs abundans. Ex Delphinalu egressi primā noctem egimus in finibus regionis, quæ Pedemontium appellatur, ea Ducibus Sabaudie, quorum sororem Rex Gallie in matrimonio habet, subditæ est. Sufa prima urbium Pedemontij, eos montes transgredientibus obvia est. Per hos montes quadra ginta & tria milliaria emenſi sumus, qui nullum aliquid ferme lignum producunt, præter buxum, quo incolumem ignem aliunt, nam alia ligna non habent. Sufa ces-

LEONIS.

112.

nobium est pulcherrimum, in quo tres Sancti conditi iacent, S. Mauritius, S. Iustus, & S. Hugo, qui primus in eo canobio Abbatis munere functus est. ibi postea nobis monstratum est crux S. Antonij, & frustum de So. cruce, & alię plurime sanctorum reliquias, que hoc loco assignatae non sunt. Ab ea urbe numerari incipiunt miliaria parua Italica. Inter eos montes circa urbem planicies est amoenissima. Susa Vigliana 10. numerantur passuum millia, duae sunt urbes, clera in mooste, altera sub monte sita, ea que editior est arcem imminente habet. Circa eas urbes loca sunt campestria. Vigliana Riuulos 4. milli passuum processimus, urbs et arx non longe à montibus sita. Riuulis Taurinum 5. milli passuum distat. Hec urbs est ampla, in plano sita, quam Duria annis, ponte ligneo non ualde longo iunctus, preterfluit. Taurino Salugia 15 sunt passuum millia, hic pagus in monte situs, fluuius Duria quoque dicto alluitur, quem transmissimus. Salugia Vercelle 20. passuum milli: absunt. Urbi bac est magna in campes-
tribus sita, quam fluuius Septis, ponte ligneo duo stadia in longitudinem patentii, iunctus irrigat. Is fluuius dividit Pedemontium à regione, que Mazenta uocatur. Eius regionis pars ad Ducem Mediolanensem, pars ad Marchionem Montisferrati pertinet, quem cum ad Ducem Mediolanensem uenissimus, uidimus.
A latere Pedemontij, iacet quadam prouincia campes-
tris, pulcherrimis uineis exulta, inter quas varij ge-
neris arborei sunt constatae, quibus uites alligantur, ut
palis opus non sit. Secundum carū arborū magnitudinem

g.

h

ITER DOMINI

Ex latitudinem, uites palmites suos extendunt. Subter ijs uitibus ex arboribus frumenta seruntur, ubi tam leta proueniunt, ut mirum sit. Atq; ita ex uno loco triplicem fructum capiunt, uinum, poma, ex frumenta. Agri in ea regione sunt uberes, urbes pulchre, arces frequentes, pagis ianuarii, ijsq; ut plurimum muris cincti. Est ex altera iuxta Pedemontium regio, trans montes sita, que Monsferratus appellatur. Mars chioni, cui, Gulielmo nomen est, subiecta. Ille Mars chio d'iujs ex opibus clarus est, in ijsq; regionibus baud postremus. Regio uero, quam Dux Mediolani obtinet Mazenta dicitur. Vercellis Nouaria decens millium intervallo disiacet. Urbs est ampla, arcis iuncta, in campestri loco posita, uinetis exhortis pulcherrimis cincta. Nouaria Mazantam duodecim millia passuum, pagus est, ultra quem quatuor millia= tribus, defluit amnis Ticinus, quem traieccimus. Is in mare decurrens, nauibus aditum prebet Venetias usq;, ei fluvio mixtus, in quo, Bohemi quondam ad Medi= olanum belligerantes, uadum repererant. Ex eo pago misit Dominus Heroldum suum ad Ducem Mediolanensem, quem, donec rediret, biduum ibi expectauimus. Cum eo postea aduenerunt duo Heroldi Ducis Mediolanensis excipientes ex salutantes Dominum Ducis sui nomine, dicentesq; : Duci suo admodum rem gratam esse, quod Dominus, tacitus praeterire noluise= set, sed aulam ipsius inuisere, animo proposuisset. Acceptam item esse Duci benevolentiam Domini, qua per Heroldum declarasset. Orare igitur ut in urbem suam

suam Mediolanensem Dominus ueniret. Nam noticia
 contrahendē cum Domino, Ducem magno teneri de-
 siderio: nec non omnis erga Dominum humanitatis
 declarandē cupidissimum esse, diuersoriumq; iam p
 Domino honestum conductū Mediolani esse, quod ad
 fontem dicitur. Mazenta digressi Mediolanum uen-
 nimus quindecim millibus passuum. Millari fermè
 uno ab urbe occurrit nobis frater Duxis cum nobilitate
 ex tubicinibus, à Duce nobis obuiam missus, qui
 honorifice Dominum cum omni comitatu exceptit, ex
 ad diuersorium usq; deduxit. Cum eō uentum esset,
 Dux exemplo suos coquos ex obsonatores in diuer-
 sorium misit, qui dicebant ad nostrum coquine magia-
 strum, ut ex Domino quereret, quos nam cibos uel
 potus babere uellet, ea se cuncta preparaturos, ut à
 Duce suo in mandatis haberent. Nobis autem non esse
 opus quicquam coēmtere, omnium enim rerum copiam
 ex aula affore, quod ex factum est, nam omnibus res
 bus necessarijs abundauimus, ac si Dominus in domo
 sua propria esset. In ea urbe octiduum commorati
 sumus. Tertia die Dominus ad templum Deiparae
 uirginis profectus est, quod contra aulam Ducalem si-
 tum est. Ab eo, cum iam Dominus cum comitatu di-
 scedens, diuersorium peteret, obuiam est factus Duci,
 in aulam contendenti, qui Dominum honorifice excep-
 pit, cumq; per Heroldos, tum suum, tum nostrum bus
 manè compellauit. Postea uolebat Dñum ad diuersor-
 ium deducere, quod Dominus renuebat, rogans ne id
 facceret, opus enim non esse, gratiasq; ingentes agebat

ITER DOMINI

pro eo bonore, qui sibi ab ipius celsitudine exhibet
retur et declararetur. Id se ubique predicaturum et
laudibus celebraturum. His peractis iusit Dux con-
filiarios suos, ut Dominum ad diuersorium comite-
rentur. Die sexta misit Dux ad Dominum in diuera-
sorium, rogans ut ad se ueniret. Cum in aulam uenisse-
semus, obuiam nobis processit Dux cum matre et fra-
tre in palatiū quoddam admodum elegans, ibique Do-
minum ipse et omnis nobilitas eius humanissime ex-
cepit. Postea Dominus medius inter Ducem et ma-
trem ipsius incedens, in conclave quoddam deducens est.
Quem Dux compellans dixit: Amice charissime, nos
bis omnibus, mibi, matri, fratribus acceptissimus es
hospes, gratiamque tibi quam maximam habemus, quod
nos cum his bonis viris, comitiibus tuis inuiseris, et
nos, Regum et Principum aulas, ut virum nobili p=
genitum sanguine decet, perlustrans, in aliquo inter
eos loco posueris. Quapropter quodcumque a nobis
postulaueris, impetrabis. Rogamus itaque, idque pro
singulari honore, nobis et aule nostrae, exhibito du-
cemus, ut rem quampliam a nobis exposcas. Ad hanc
Dominus respondit: Illustrissime princeps, pro hac
animi erga me benevolentia et promptitudine, tua
Celsitudini gratias ingentes ago. Sed ut munus aliquod
a tua Celsitudine postulem, in animum meum inducere
non possum: nam non eam ob causam domo sum pro-
fectus, sed potius ut aulas regum et principum pera-
grarem, et oculis perlustrarem, sicut viro nobili con-
uenit. Cum aliquandiu colloqui essent, Dnus diuera-

LEONIS.

114.

foriū repetiſt, quē Dux fratri ſuo deducere mandauit.
 Mediolanū eſt urbs ampliſſima, ita ut inter maximas
 Chriſtiani orbis ciuitates merito cenſeri poſſit, in pla-
 no iacet, & Ticino anni irrigatur. Arcem habet cle-
 gantissimā ex ampliſſimā, in qua atriū amplū uifluit,
 quod centū uiginti meos paſſus, & 23. pedes palet.
 Ipoſa extreſta eſt ex lapide quadrato, & marmore cā-
 dido. In ea templū magnū & elegans ſpectatur, quod
 eunc temporis cum nos ad eſſemus nondū totū extreſtu
 erat. In illo & in reliquis miſſa nō administratur Ro-
 mane Eccleſia more, ſed ex preſcripto Canonis Diui
 Ambroſij. Deinceps duciſſumus in fanum D. Ambro-
 ſio ſacrū, ibi contemplati ſumus ſepulchrum ipſius: Id
 eſt affabre auro & argento gēniſq; exornatū. In eo
 ſepulchro preter Ambroſiuſ 2. Equites ſepulti iacent,
 quod hac ratione accidit. Equites illi uaticinati fu-
 erant, uita ſua et Ambroſij adhuc incolumi, Ambroſiuſ
 cū ex hac uita deceſſerit, mediū inter ſe cumulaſū irō.
 Quibus mortuis D. Ambroſius multos annos ſuperui-
 uens, tandem etiā ē uiuſ exceſſit. Cum corpus eius ad
 eū locū, in quo illi conditi fuerant, delatiū eſſet ſepul-
 chruſ ſtatim ſua ſponte aperiū eſt, & iij duo equites mo-
 mentes ſeſe, locū diuo Ambroſio mediū inter ſe conces-
 ferūt. Ab obitu D. Ambroſij anni 1085. ſunt elapſi. In
 eo templo Sigismudus Imperator: item primus Bohem-
 ie Rex, coronati ſunt, quorum uelimenta, quibus
 ſub tempore coronationis induti fuerant, nobis ſunt mo-
 strata. In eodē templo ſepulchruſ S. Marcelline, quae ſou-
 vor erat D. Ambroſij, uidiimus. Spectatur etiam adhuc

P. ij

LITERÆ GVLIELMI MAR-
in eo templo Idolum Ethnicum, nam illam urbem antea
Ethnici incoluerant. E regione aliud est delubrum S.
Francisco sacrum, in eo duorum puerorum ab Herode
occisorum corpora, et scellum elegantissime extru-
ctum uidimus. Deinde ducti sumus in arcem, que in
urbe est, ea cum edificabatur, monstrataq; sunt nobis
omnia eius conclavia. Arx est ampla in plano sita,
urbi quinq; pontibus iuncta, adeoq; munita, ut ei nulla
Christiani orbis, hac in re equiparari queat. Quia in
re omnes quicunq; eam uiderint, mibi assentientur.
Sed sub id tempus cum nos ibi essemus, nondum tota
extructa erat. Hanc nouene fosse aquis plena circu-
dant, quarum ora muro sunt undiq; firmata, et queq;
interiecto aggere supra fornices erecto distincta, ita,
ut sub ijs fornicibus tota arx circumiri posset. Intra
illos aggeres magna telorum copia recondita afferua-
tur. Qui eam arcem confexerit, et eam circumierit,
fieri non potest, quin eius structuram magnopere ad-
miretur. Eam urbem, cum ibi Ambrosius Presulem
ageret Christiani simul et Ethnici incolebant. Medi-
olano distat uiginti millibus passuum Pavia urbs, in
qua sepultus est Diuus Augustinus. Octana die inter-
iit Domino equus gradarius, quem ei D. Zdenco
dono dederat.

LITERÆ GVLIELMI
Marchionis Montisferrati.



VLI Elmus Marchio
Montisferrati, &c.
Sacri Romani Imperij
Princeps, Vicariusq[ue]
perpetuus. Vlysses,

qui Græcorum omnium prudentissi-
mus atq[ue] disertissimus existimatus est,
post captam Troiam, atq[ue] solo equa-
tam, tempestatibus, & maritimis ero-
ribus actum multorum urbes adiisse
se, plurimorum mores vidisse ferunt.
Qua ex re, licet illi uiro nihil addi possi-
se videretur, nihilq[ue] amplius in eo de-
siderari, multum tamen & rerum ex-
perimentiæ, & facundiæ, & consilij ac-
cessisse postea cognitum est. Eius exes-
plo (ut multis) sic hac tempestate R.
& Illustri Domino Leoni de Rosens-
tal, Platnæ, &c. Domino, de rego-
no Bohemie, plærofque principes, rea-
gna, nationes, & loca, petendi cupido

P. iij

incessit. Quem nos cum his diebus at
pud nos fuerit, nō minus ob eius do-
mini dignitatem, sanguinis nobilitas
tem, humanitatem, cæterasq; & animi
& corporis dotes, quam ob eam, qua
Serenissimum & Serenissimam Regē
& Reginam Bohemiæ, quibus cons-
fanguinitate iunctus est, deuotionem,
& animi affectionem obseruamus, &
vidimus non ingrata fronte, et honos-
tifice excepimus, quantum vires, et ea
in quæ incidimus tempora patiuntur.
In quibus omnibus si facultas, certè
animus atq; voluntas nequaquam des-
fuere. Delectati insuper in mirandum
modum eius præsentia, ex his quæ ex
eo cognouimus, nihil æquè cupimus,
quam ei, & commodo, & honori es-
se posse : Et cum nobis desit occasio,
hunc saltem animum nostrum testari
nō alienum ab officio, & desiderio

nostro, arbitratuſ ſumus. Quas ob reſ
cum iter et profectionem ſuam proſeſſ
qui, & quæ animum induxit exequi
paret, atq; conſtituerit : optemusq;
vbiq; locorum quam maxime liberū
& expeditum iter ei præberi, grataq;
etiam cum reſ poſcit fuſcipi, cum omni
eius comitiua, aliquidq; officij, & ho
noris, noſtra etiam cauſa in eum con
ferri, & ſi quid ei præſtitimus per a
micos noſtros cumulari: Rogamus ex
animo Sereniffimos, Illuſtriffimos &
Illuſtres quoſcunq; Principes, Domi
nos, Republicas, Amicos, & Bene
uolos noſtros. Officialibus verò, ge
tibus armigeris et ſubditis quibuscuq;
noſtris ſtrictè præcipiendo, manda
mus, quatenus præfatu Illuſtre D.
Leonem, cum omni eius comitiua,
cumq; omnib⁹ ſuis armis, carriagis,
caplis, valixis, fardellis, & rebus om̄is

P. iij.

W LITERÆ GVLIELMI MAR-
nibus per omnes passus, portus, pono-
tes, flumina, loca, & oppida, tamq;
nostræ & alienæ ditionis, ire, transi-
re, stare, morari, redire & pernocta-
ri, totiens, quotiens opus fuerit, & si
bi libuerit, permittant, & omnino pa-
tiantur, tutè, liberè, & impunè, ac si
ne solutione alicuius dacij, pedagi,
gabellæ, transuersus et fundinauis,
omnicq; alio impedimento prorsus et
omnino cessantibus. Quin potius eū
dem, si nobis gratificari cupiunt in
omnibus benignè colligāt, et gratio-
sè pertractent, eiq; prouideāt de guis-
dis, saluis conductibus, et viarum du-
cibus, si opus fuerit, et requirendum
duxerit. Id enim adeò nobis gratum
atq; iocundum futurum est, vt nihil
gratius nobis, neq; acceptius prestari
aut exhiberi posset, mutuas vices pro-
eo, si dabitur, libenti animo repensu,

VI

CHIONIS MONTISFERRATI. 117.
ris, Datū Mediolani sub fide nostri
Sigilli, die quarto Decembris. Anno
M. CCCC. LXVI.

Hinc ea die egredientes comitatus est nos frater
Ducis per duo milliaria, cum magno famulatu, tubi= q
cinibus, & alijs eiusmodi generis hominibus. Inter
eundum narrabat Domino, singulis diebus Duce ex
solius urbis Mediolanensis uectigalibus, milletos au= γ
reos fructum capere. Qui posteaquam Domino ualea= γ
dixisset, retro Mediolanum reuersus est, duce itineris,
qui nos Veronam Theodorici uiri illius fortissimi
deduceret, attributo. Mediolano Cassianum septem
millibus passuum distat. Hic pagus in plano situs, ex
arci subiectus est, que flunio maximo nomine Abdue
imminet, quem transmisimus. Cassiano Chocaium
viginti quinq; millibus passuum distat, & hic pagus
in campestribus situs est, ab uno latere montibus excels= γ
sti impendentibus. Huic pago imminet canobium,
duoq; templa, & uineta pulchra. Vlra cum finitur
prouincia Ducis Mediolanensis, & incipit terra dia= γ
tionis Venetorum, que uocatur Brises. Ea regio for= γ
mosas feminas & puellas habet, ut uix formosiores in
ulla regionum quas peragruimus, uiderimus. Ea pa= γ
uincia est pars Longobardie, nam ea regio longe &
late patet, in multisq; diuiditur prouincias, diversa
sortitas nomina. Veronam petentes à dextra reliqui= γ
mus Marchionatū Montisferrati; ille Marchio habet

P v

ITER DOMINI

in matrimonio sororem Ducum Monachorum. Inde
etiam non procul ditionem suam habet Princeps Fer-
rierie, qui non Dux sed Marchionis titulo appella-
tur. Chocatio Brixia duodecim millia passuum abest.
Ea urbs in planitia montibus subiacet, arce loco altissi-
mo posita impendente. Hec est pulchra et ampla uis-
tus amenis et frequentibus cincta. Inde proficien-
tes, magnam hominum multitudinem in monte quodam
chorcas agitantem uidimus, in quem quotannis ab aliis
quot milliaribus iij homines, ad chorcas istas pera-
gendas conuenire coguntur, et ab ortu solis usq; ad
occasum, sine intermissione saltare. Ea saltatione ita
fatigantur et debilitantur, ut eos die sequenti plau-
stris inde auebi ad domicilia cuiusq; necesse sit. Nobis,
num templi alicuius encanaria, vel nuptiale sacrum cele-
braretur, quod tantopere hilaritati et saltationi de-
diti essent, percontantibus, responsum est: Se ad id
singulari pena diuina cogi. Nam maiorum memoria,
cum Sacerdos Corpus Dominicum gestaret, ex mag-
na congregata multitudine hominū pars, que in alte-
ra fluminis ripa stebat, uenerabunde ingenua penitus.
Reliqui uero eorum, qui in hoc monte saltabant non
procubuerunt. Quapropter omnes qui sunt ex eorum
progenie, eo die in hunc montem, ab aliquot milliaris
bus conuenire coguntur. Sed qua id die fieri consue-
rit, non quæstiuimus. Brixia Lunam 15. milliū inter-
nullum est. Vrbi haec arci subiecta, et in ipsis radicis
bus mōlis sita est. Ab ea Veronā Theodorici petentes,
iter fecimus iuxta lacū quendā, à sinistra nobis posuit.

VII
2
41
Venetoru[m] ditioni subiectum. is 32. millia passuum
 in longitudinem, et aliquot in latitudinem patet, de-
 finitq[ue] apud oppidum quoddam, cuius incole uniuersi
 sunt p[er]scatores, uectigal ex p[er]scatione illius lacus Ve-
 netis pendentes. **Luna Verona** 25. passuum millibus
 distacet. Vrbi est ampla et elegans, in plano sita, mo-
 tes ab uno latere prosp[ect]ans. Ea quatuor arcibus, binc
 binis, collibus impositis, illinc binis, in piano iacentiis
 bus, munita est. Eam flumen latu[m] nomine **Albesis**, ins-
 tersecat. Ibi fuimus in edibus **Theodorici**, que olim
 eleganter et magnificè extirpate fuerant, sed nunc sunt
 desolatae et collapse. Eas nunc incolunt feminine nobiles,
 interdiu tamen tantu[m], nam noctu spectris quibusd[em] pul-
 sa, in vicinis edibus agere coguntur. In media domo,
 eo in loco ubi atrium antea fuerat, patibulum erexitur
 uisitatur. Cum sciscitaremur, cur id patibulum eo in loco
 eretur esse? Respondebatur nobis. **Eo id consilio fa-**
ctu[m] esse, ut si quis Veronensis patria, eiusmodi quip-
 piam furaretur, quo tale supplicium meritus esset, in
 hanc furcam tolleretur, et ne tanta ignominia officen-
 tur, si in uulgi patibulo inter externos suspensus
 esset. Postea etenim cum a furca demitti et in loco sep-
 pultura tumulari, quod externis fieri non soleat. Sub
 arce Veronensi, iuxta flumen **balneu[m]** est, in quo **The-**
odoricus Veronensis lauare consuebat. Fama tenet,
 Theodoricu[m] cū in balneo lauaret, uissis quibusd[em] feris,
 extemplo equu[m] cōscendisse, atq[ue] eas insecuru[m] esse, ex eo
 tempore postea nūquā apparuisse, ita ne quo deuenerit
 in hanc usq[ue] diem ignoretur. Ea de re cū quereremus,

ITER DOMINI

quid illi arbitrarentur, quoniam peruenisset? an terra
biatu absorptus? uel quopacto perijset? Hostes no-
ster ad quem diuerteramus, uir grandi etate, dicebat,
se de parentibus suis, hac de re quondam narrantibus,
audiuisse, pro certo existimari, eum ab alijs heroibus,
qui ipsius uite sepius insidiati fuissent, interemptum
esse. Nam cum circa eas arces montes sint excelsi, haud
dissimile à uero esse, illum istas feras persequenter,
fauces conuallium intrasse, atq; ibi ab ijs comprehen-
sum, in lacum, qui non longè ab arce distat, conieclum
esse, lacus enim est magnus, ex immense profunditas
tis. Perhibent aliquando homines eō commeare, ex
in eum canes, uel alia animalia proiecere solece, qui
coniecti statim uoraginibus profundis bauriuntur, ut
quoniam deuenerint, confisci nequeat. Hec quidem,
qua nunc memorantur, audita sunt tantummodo nobis
non re ipsa comprobata. Domus autem Theodorici
supradicta, ex saxis ingentibus constructa est, quoru-
mellipsis ad hodiernam usq; diem apparent, rudera
enim adhuc spectantur, ex scalo, que in palatum fe-
reabant, in quo Theodoricus frequentissimè commo-
rari consueuerat. Visuntur etiam ualæ fenestrarum
supra flumen, quod urbem interfuit. Scanno quoq;
super qua cum alijs heroibus sedere solebat, admodum
alta in ijs fenestris conficiuntur, unde coniuncti potest,
eum ingenti corporis statura uirum fuisse. Fertur es-
tiam, eum cum alijs heroibus illas aedes extruxisse,
quod non uidetur à uero dissentire, parietes enime in-
genis magnitudinis lapidibus constant. Veronenses

VI
X
y
Z

sub Venetorum sunt imperio, quibus magna uictoria ex omnibus rebus, quae uenduntur uel emuntur, pendere coguntur. Ex uino uel alio potus genere, quod cunctis uenitum fuerit, tertia pars ijs tribuitur. Ita narrabatur, ex sola tantum Veronensi urbe, summam anni prouentus esse ducenta millia Ducatorum. Inde colligi potest, quantum Veneti aiorum uectigalium et reddituum habeant. Verona Vicentiam triginta milliarium Italicorum iter est. Hac urbs uinetis circuia est, ex arces habet duas, alijs tribus arcibus, circa eam in iugis montium eminentibus. Eam preterfluit Bachillio amnis, ex alter urbem intersecat, nomine Veron, qui ambo infra urbem confluent. Apud illam inchoatur regio, que Forum Iulij nuncupatur, Venetorum imperio subiecta. Vicentia Padua octodesim millium interuello distata est: Ea urbs est amplissima, que Brenta amni irrigatur. Hinc nauibus Venetias, uiginti quinq; millibus passuum inde distantes, nauigari potest. Padua misit Dominus Heroldum suum ad Ducem Venetiarum, qui ab eo edocitus, quae die Dominus Venetias effet appulsus, obuiam ei misit in naui pretoria cancellarium suum: Is Domino duobus ab urbe Veneta milliaribus obuius factus, Dominus salutato, à Duce Venetiarum se se ei obuiam missum aiebat, ut ipsius uerbis Dominū exciperet: Quas propter se ex Duci ex suo nomine gratulari Domino, quod ei saluo ex incolimi eō deuenire contigerit. Simul Ducem excusans, orabat, ne Dominus id ageret, quod Dux ipse ei obuiam profectus non sit, eū

ITER DOMINI

enim gravissimis negotijs publicis occupatum, id ex eis
qui non potuisse. Venetias deinde uenitum est, quae
eius diebus antequam reliqua familia eo perueniret,
quam Dominus cum iumentis terra Teruissum premis-
serat, urbem duodecim millibus passuum à Venetijs di-
stantem. Ceterum Padua curia est eleganter exadi-
ficata, & tota stanneis laminis contexta, in ea uisitetur
atrium amplissimum affabre extructum, marmoreoq;
constratum. In ea urbe plurimæ etiam sanctorum re-
liquie afferuantur, quas non annotauimus. Est quoq;
ibi Gymnassum studijs uariarum artium florentissimum,
& studiosorum adolescentium frequentia celeberrimum.
Padua Seruissum uiginti quinq; millium passuum in-
teruallo abest. Vrbs est quam preterfluit Syl amnis,
supra quem in urbe et circa urbem quadringenta cir-
citer mole frumentarie uisuntur, que omnes Venetæ
urbis panem suppeditant, nam ita legibus cautum ba-
bent, ne ullum alium in locum quam Venetias ea res
illinc exportarentur. Eo flumine usq; in mare, & in-
de Venetias perueniri potest. Teruissum terra à Pa-
dua adiuimus itinere impedito, & difficulti. Per aqua
eundo sunt triginta duo millaria parua. Eo cum ue-
nißemus, diuerimus in hospicium quod ad Turrin
tubeam uocatur. Teruisslo Venetias duodecim millia
passuum numerantur, & aqua triginta duo millaria.
Venetias cum Dominum insecuri, ueniſsemus, Vene-
ti conuento Domino, cum Duci nomine suoq; comites
excepérunt, & honorarium manus attulerunt. Quod
postea singulis diebus, Franciscus Cancellarius Duci,

LEONIS.

120.

cum aliquot nobilibus Dominum uisitans, facere solitus erat. Venetijs sumus commorati ocliduum. Tertia die monstrata est nobis S. Lucia, nam eo die memoria eius celebrabatur, quo omnibus conspicere cupientibus, eius uidenda sit copia. Quarta die dacti sumus in ³³³ ~~ad~~em S. Marci, quæ est pulcherrimo opere exireta. In ea est Sacellum firmum et munitum, in quo Veneti omnes suos thesauros conditos habent, quos conspicendi potestatem nobis fecerunt. Primum intuisi sumus duodecim coronas magnificè auro et gemmis adornatas, itidem duodecim pectoralia similiter aurea et gemmis splendentia. His coronis et pectoralibus ornantur uxores Senatorū ad id delecte, diebus sacris, nempè die corporis Christi, die Nativitatis vel Resurrectionis, aut diebus festis Deipare & virginis memoria insignibus, cū corporis Dominicī gestationem prosequuntur. Eae feminæ quibus ista portanda dantur, palpes habent in anteriori parte, eo loco, quo peccus perminet, excisas, quem locū illis pectoralibus obtegunt. Ostensæ sunt nobis etiā gemmae plurime auro inclusæ, et inter eas una, quæ Turcus vocatur, tanta magnitudine, ut Dño imposta caput eius tanquam pileus cōtegeret, ea fuerat olim D. Marci. Postea monstrata est nobis patra ex Pallasrubino confecta, benè magna, quæ etiā S. Marci fueret. Deinde sumus contemplati cornu Monocerotis, quāta magnitudine nullū unquam uidimus, aliosq; thesauros innumerabiles. Sed nihil mirū est, eos tantā thesaurorum pretiosorum copiā possideare, nāq; est ciuitas ditissima, quæ, ut nobis narrabatur.

ITER DOMINI

nouem regna imperio suo subiecta habet, & alios p-
mentus innumeratos. Referebant etiam iij, qui hos the-
sauros monstrabant: Hominem quendam Venetijs ori-
undum omnes eos thesauros inde asportasse, posteaquam
muro, intra annum et quatuordecim septimanarum
tempus, perfonso, adjitum sibi ad eos fecisset. Id furiū
per longum tempus in occulto nemini cognitum per-
mansisset, etiam illis ipsis, quorum curae thesauri co-
misi erant, nisi ille fur, qui eos abstulerat, eam rem
sub fide compatri suo aperuisset. Is bac recognita,
iūud ad Duxem deferre constituit, idcirco, palatum,
ubi Dux cum suis consilium habebat, ingressus, pul-
sauit, Dux, quis tam audax esset, quod conclave su-
um adiret, cum id ante eam diem nunquam factum es-
set, admiratus, quendam suorum egredi, ut bac ex-
ploraret, iuſſit. Ille egressus, bomine confecto, unde,
inquit, tantum tibi animi presumis, quod conclave
Ducis tanto cum impetu adoriri audeas? forsan igno-
ras, quod hic magnis de rebus consilium habeatur &
quapropter temeritatis tuae capite poenas lues. Ille
respondit: Hoc ne prēmium ille, qui fideliter & solicito
animo, que ad Reipub. salutē pertinent, curat, feret?
Tum ille intelligens, cum aliquid ardui offerre, Ducis
renunciat, rem esse grauem, ob quam ille intromitti
postulet. Qui cum iussu Ducis intromissus esset, bac
& Duxem & consiliarios locutus est: Domini cir-
cumspicite ubi uestros thesauros habeatis, an in loco
solito, vel alibi? Ea re auditâ, Dux è uestigio ad il-
los, qui thesaurorum curā ogebāt, misit, ut explorarent

LEONIS.

121.

an thesauri essent in suo loco integri? Qui cum eō uenissent, ne uestigium quidem eorum repererunt, quod statim Duci renunciarunt. Tum Dux confessim cum, qui antea se de thesauris admonisset, uocari iubet. Quem, ubi uenit, interrogauit, quopacto thesauri, ex eo conclavi, ubi asseruabantur, ablati essent? Tum ille, Clementissime, inquit, princeps, compater meus (quem nominabat) mihi hanc rem concredidit & asperuit, quod thesauros illos, qui ad diuum Marcum in conclavi seruabantur, abstulisset, quos mihi comstrauit. Huius rei indicium & argumentum est hic annulus, quem mihi dono dedit. Eum simul in medium protulit dicens: agnoscitis eum? Cui Dux cum consiliarijs respondit: Quid non agnosceremus? hic annulus est, quem Diuus Marcus in pollice gestare cōsueverat. Ille annulus ingentis erat pretij, qui etiam inter reliquos thesauros in illo conclavi obseruabatur. Postea Dux iubet quosdam suorum, ut cum indice, qui tanta cura, ne tanti thesauri à Republica alienarentur, prouidisset, irent, quo ille ipsos ducturus esset. Qui ad furem deducti, illum thesauros eos manibus uolutantem, & inspicientem, offenderunt, is iam ex una corona exemerat tres gemmas, que aliquot milium pretio constabant, thesauris reliquis adbuc integris, quos iam in utrem quandam composuerat, & inter paleas abdiderat, mari cum ihs fugam arrepiens, ni compatriis proditione praeuentus fuisset. Hoc cum omnibus ihs rebus comprehenso, & custodiae tradito, consilium est habitum, quoniam suppicio affi-

Q

ITER DOMINI

ciendus esset? quidam censebant, cum, cum tam mag-
nas ex pretiosas res furto abstulisset, tale supplicium
meritum esse, cuius exemplum adhuc nunquam editum
esset, nempe, ut in patibulo in mari erecto, catena aus-
rea suspenderetur, in eam sententiam alij omnes iuerūt.
Hoc patibulum cum Venetijs essemus, uidimus, sed fur
ille, hinc ablatus, in cimiterio ad Diuam Helenam se-
pultus erat. Eius sententia Ducem penitusse ferunt,
quod illum suspendi curauerit. Nam, cum ab exordio
mundi, de nullo huiusmodi fure, qui tantum abstulisse-
set, auditum sit, conseruandum ex locupletandum po-
tius fuisse, ut in perpetuam memoriam ea familia ex-
taret, cuius autor tantum furto surripuisse, & si cal-
luisset, abscondendi artem, obtinuisse: compatremq;
eius, qui illum prodiderat, digniorem ea poena fuisse.
Ceteram ex eo conclavi, ubi thesauri seruantur egres-
si, deducti sumus ad sepulchrum S. Marci, inde uero
in Palatinum Ducis, quod buic templo proximum est.
Supra fores templi, tres equi aurei, quos Veneti ab
Ethniciis redemerunt, spectantur. Contra Palatum
Ducis patibulum lapideum è regione ianue, qua palac-
tum intratur, erectum est. Cum percontaremur, cur
in eo loco aduersus palatum, id erectum esset, cum in
alio loco ponni potuisse: Respondebant: Ideo si quis
Dux contra Rempublicam aliquid admitteret, ut in eo
suspenderetur: hoc autem loco idcirco constitutum es-
se, ut esset monimentum ex cautio cuiq; Ducis. Sed nō
proditur memoria, ullum unquam eorum Ducem, eo

supplicio affectum esse. Veneti nullum exterritum fuit
 Imperatorem, sive Regem, qui sibi praestit, admitten-
 tunt, sed è medio sui Ducem creant. Et qui non est
 Venetus, etiam si esset opibus, et generis nobilitate
 clarissimus nec ad legum, nec ad consiliorum commu-
 nionem admittitur. Palatum Ducale nobis ingre-
 dientibus, Dux obuians processit, et Dominum hu-
 mane et honorifice salutatum, apprehensa eius dex-
 tra, in conclaue suum deduxit, comiter cum illo ser-
 mones conferens, et de omnibus Regibus et Princ-
 cipibus, quos adierit, sciscitans. A Duce digresa-
 se diversorum repetimus, comitantibus nos quibus-
 dam Venetis Senatoribus, quibus aderant duodecim
 ex equestri ordine, et alijs complures. Die Sexta
 misit Dux ad Dominum, ut, et cupidus esset uidendi,
 quas consuetudines Veneti in Iudiciis seruarent, quoque
 pacto praetores et alios regionum prefectos crearent,
 et quem locum Dux in senatu haberet, in palatium
 adueniret. Eius rei conspicenda se percupidum esse,
 Dominus respondit. Eò cum uentum esset, Dominus à
 dextra Ducis considerare est iussus. Dux uero ipse in
 sella pulcherrima, et alias altitudine superante, sedes-
 bat: Alij Senatores ordine per longitudinem palati,
 à lateribus et in medio, in subsellijs considerabant. Exi-
 stimo duo uel tria hominū millia ibi adfuisse. In eo co-
 mitio prefectus quidā est creatus, quod hoc sit modus
 Contra tribunal Ducis stant 4. columnæ lignæ, supra
 quas postea sunt quasi tympana interius excavatae

Q ij

ITER DOMINI

Con supra parte foramina, non ampliora, quam quibus manus inferri posset, habentia. In ijs seruantur globuli partim inaurati, partim argentei, partim tenuissima tantum tela serica obductio. Primum igitur consurgunt uiginti quatuor uiri, singuli pixidem in manu habentes, ex quibus baccas illas uel globulos eximunt, ex palatum circumdeunt, eas, cui uolunt distribuunt: Deinde ex alijs circumdeunt, et itidem globulos illos, quibus uisum fuerit, diuidunt. Secundum eos adhuc alijs uiginti quatuor palatum obeunt globulos ab ijs, quibus dati fuerant, repetitor, colligunt, ex alijs rursus, quibus placet, attribuunt. Deinde baccarū numero inito, exploratur quot quisq; habuerit, et cui plurime aurea attributa fuerint, is prefectus creetur, et in aliquam regionem, quo Dux et Senatus censuerint, mittitur, qui tamen suo magistratu, diutius annuo spacio non fungitur. Eo tempore spacio multorum millium accessione dicitur, ijs tamen uel alij libibus, que Republicae sunt, integris. Ad eum modum Veneti suos magistratus eligunt, quorum suffragia sorte colliguntur. Nam nemo, nec ipse Dux, amicitiae uel alicuius cognationis gratia adiutus, magistratum ullum assequi potest, nisi sorte. Quid ita sit, ut nunc memoratum est. Inde perduci sumus in eum locum ubi naues fabricantur, et alia eō peripherie, rudentes, uela et reliqua conficiuntur. Id opus nunquam intermittitur, sed continuo labore peragitur. Artificum ea fabricantium magna est multitudo. Ades ad banc rem destinata, iuxta mare scorpii ias-

LEONIS.

1234

cent, aliquot stadiorum longitudine, magno concla-
uim, in quibus uela & rudentes continentur, numero
distincte. Et que, quo anno, naues fabricatae fuerint,
et subductae reseruantur, ut si usus posceret, omnia
preparata in promptu adessent. Nam Veneti conti-
nenter cum Ethniciis bella gerunt, & singulis annis
multa militum milia alere coguntur, ut oras mariti-
mas, tueri, ubi necessitas postulat, possint. Postea
deducti sumus in armamentariū, ubi tormenta & ma-
china bellicē, pulueres, tela, bombardæ, & alijs bel-
lici apparatus custodiuntur. Quas res nullo uspiam in
loco plures magisq; affabre & appareat factas, con-
spicere nobis licuit, quam ibi. Die septima Domi-
nus Ducem conuenit, & ei ualedixit. Inde nauicula
conscensa cum aliquot Senatoribus Venetis in cœnobis
um quoddam nauigauit, ubi erat legatus Pontificius,
qui delictorum ueniam & remissionem, quas indul-
gentias uocant, liberaliter hominibus, id expertentib-
us, largiebatur. Hinc nauigio deuicti sumus, in en-
des quasdam, que plime Ducus Mediolanensis fuerant,
sed tum eas mercator quidam qui Alexandriae Vene-
tias commigrauerat obtinebat. Is cum illum locum sen-
mi edificatum, septuaginta quatuor aureorum milli-
bus emisset, (fundamenta autem tunc tantum, quatuor
spitamas aquis prominentia erant) tanta cum postea
structuræ elegantia & magnificentia exornauit, ut
pulchrius edificium nunquam uiderimus. Nam omnes
porticus sunt extuctæ ex candido Alabastro. In cuius
biclo, in quo mercator cum uxore cubare solebat,

Q iij

ITER DOMINI

fragula erant ex argento contexta, et pavimenta clavo alabastro constricta, et laquearia argentea inanestrata. In lecto duo conspicuntur puluini unionibus ornati, et unum cervical itidem margaritis et gemmis exornatum. Dependebat etiam ibi supra lectum aulae extensem, cuius textura, preter materiam, ex quo contextum erat, viginti quatuor millibus Ducatorum constare dicebatur. Ex eo conclavi ducti sumus in atrium quoddam, in quo est fumarii colefaciendi causa factum, ab eius structura tredecim milia ducatorum data esse feruntur. In iis adibus est putens aquae dulcis, uidelicet talis, quam nos in nostris fontibus habemus. Nam ad differentiam aquae marine, que salsa est, haec dulcis vocatur. His omnibus conspicuis et perlustratis Dominus ad quosdam dicebat: Forsan hic mercator, omnia sue bona, que habebat, in fructu ram harum adiunctorum insumpsi? Tum ibi querebant ex Domino, quid censeret, quantum in edificium illud collatum esset: eò, ultra centum milia in sumpta esse dicente, in risum effusi dicebant: Mercator iste coram Duce nostro iurecurando affirmauit, basce ades ei trecentis et tribus millibus aureorum constare. Nobis iam egredientibus, mercator ille cum uxore nauis recessus aduenit, nam cum uxore et liberis, animi gratia iunc temporis, cum nos ades eius iniurieremus, per mare expatriatus fuerat. Is Dominus magnopere orabat, ut pauper regredetur, ne, tanquam ex deserta domo, vacuus abiaret. Cum in atrium reuersti essemus, mandauit adferri Zaccarum confectum in tribus patinis argenteis

teis, et nūnum aliq; potus genera in tribus scyphis
antreis, et reliquis argenteis. Quibus rebus nos ita
tractabat, ut rex quispiam uel princeps, quos adieras-
mus. Vxorem habebat formosissimam, ac si princi-
pis alicuius coniunx esset, ea circa sece duodecim pu-
ellas pedissequas habebat. Liberos ex ea quinq; sustin-
uerat, duos mares, et tres famellas. Cum iam inde as-
bireremus, mercator, eundem lembum, quo Dominus
cum Senatoribus uehebatur, concendit, et cum in di-
uersorū comitatus est. Eo abeniente sciscitabatur Do-
minus ex Francisco Cancellario Ducis, quid existimat-
ret, quantum illi bonorum supra sumptus in edificatio-
nem istius domus factos, permanfset? Ille arridens
dixit: Quid tu Domine arbitraris, cum in harum es-
diuum structuram, omnia sua bona impendisse? Ille uea-
re adhuc, preter edes, et eam impensam trecentia mil-
lia ducatorum possidel. Octaua die ducti sumus in
domum, que vocatur Germanorum, in qua mercato-
res peregrini diversari consueuerunt. In ea ex omnium
Christianarum prouinciarum primarijs urbibus, suam
mensam seorsim quisq; babere potest, ita, ut et cibum
et potū, quem uoluerit, nanciscatur. Nam in ea om-
nium rerum necessiarum maxima habetur copia. In-
de ducti sumus ad textores panni aurei, damasceni,
holoserici, postea quoq; in tabernas mercatorias, ubi
nobis inestimabiles opes ostendebantur.

LITERÆ CHRISTO,

phori Mauro Ducis Venetiarum.

Q. iiiij

LITERÆ CHRISTOPHORI



CHRISTOPHorus
Mauro, Dei gratia
Dux Venetiarum &c.
Vniuersis & singulis
tām amicis, quā fides

libus ad quos præsentes aduenerint,
Salutem & synceræ dilectionis affe-
ctum. Laudat Theophrastus incly-
tus Philosophus ius hospitalitatis, &
rectè quidem. Est enim humanitatis
præcipuum argumentum, non modo
priuatim, sed etiam publicè patere do-
mus & ciuitates Illustres, cum omni-
bus, tum præsertim illustribus hospi-
tibus. Quo instituto laudatissimo,
si qua unquam ciuitas claruit, nostra
hæc meritò gloriari potest. Nam, vt
est libertatis et securitatis sedes: ita cō-
tinuè omnibus patuit, & in externos
ius hospitalitatis comiter, officiosè, &
amanter excoluit. Quemadmodum

77

DVCIS VENETIARVM. 125.
nuper vſu uenit in personam Illuſtris
Domini Leonis de Rosenthal, Blat-
næ, &c. Domini de regno Bohes-
miæ: Qui, dum pro magnorum vi-
rorum heroumq; more, contempto
domestico otio omniq; labore, & vi-
arū asperitate poſthabita, orbem ter-
rarum peragrare pergit, Ad hanc vr-
bem noſtram ſtudio eius viſendę no-
ſtriq; adeundi diuertit: excepimus eū
perlibenter, vidimus, conuenimus.
Nam præterquam, quod preſentia et
ſpecies corporis non denegat, quin
claro & inclyto ſanguine cretus ſit, af-
finitate etiam tangit Sereniflum do-
minum Regem Bohemiæ, cui maxi-
ma beneuolentia afficimur. Cupientes
namq; ut ita Ex: ſuæ vbiq; terrarum
eueniat, harum noſtrarum patentium
literarum ſerie amicos rogamus: Fi-
delibus autem & ſubditis noſtris pre-

Q v

LITERÆ CHRISTOPHORI
cipiendo mandamus, ut prefatū Dos-
minum cum omni comitiua sua, per
quascunq; ciuitates, oppida, castella,
pontes, passus, portus, aquas, flumi-
na, palatas, & quælibet alia loca ve-
stra, seu vobis cōmissa euntem, stans-
tem, & redeuntem, die noctuq;, tam
per terram, quam per aquam, & tam
pedestrem, quam equestrem, simul et
diuīsim tractare et expedire, tractas-
riq; et expediti facere placeat et velitis,
tutè, securè, liberè, honorifice, cos-
miter, fauorabiliter, et expeditè, sine
solutione alicuius daci, pedagi, fun-
dinauis, restariæ, transitus, vel gabel-
læ, omniq; alio impedimento et mos-
lestia cessante penitus et amota. Sicut
de amicorum benevolentia, fideliumq;
ac subditorum plenè speramus, am-
plissimèq; confidimus. Datae in nos-
tro Ducali palatio, die sextodecimo

VII

DVCIS VENETIARVM. 126.
mensis Decembris. Indice XV.
M. CCCC. LXVI.

Nona die consensa naui Venetijs discessimus, ex
Mestriam urbem, qua duobus milliaribus à Venetijs
distat, in littore quod Venetijs proximum est, stam,
peruenimus. Hinc nauibus relictis, omnes, ex Domini
nus quoq; pedibus Teruissum, quo equos, ut dictum
est, preuiseramus, profecti sumus. Teruisslo Siczailū
(Sacillum in mappa) 25. millibus passuum abest, opus
pidum est in planicie positum, quod praterfluit Lio
quentia amnis. Inde discedentes alatere uidimus urbem
nomine Spembergam, eam preterlabitur fluuius noz
mine Tiliauentum. Siczailo Santalenam 25. millium
iter est, id oppidum est exiguum muro circumdataum;
sunt montanis situm. Ab eo Clausam petentes, transflui
mus urbem uia impositam nomine Peusedorfum, ex
alteram sub montibus stam Clemam dictam, que etiā
uia, qua transfluimus adiacet. Santalena Clusa uirginis
ti quinq; millibus passuum distat, castellum est pars
sum, inter montes maximos positum, quod torrens
quidam alluit. Ea clausa est Venetorum, admodum
munita, nam montes, muris per conuales ductis, con
iuncti sunt, ita, ut nemo ex Venetorum editione in Cæ
saris prouincias, aut sicissim ex Caesarianis terris
in Venetas, montibus altissimis obstantibus transire
queat, nisi per illam clausam: Quae adeò militum ex
tormentorum prefidio firmata est, ut illum, qui eam

ITER DOMINI

expugnare voluerit, magnas opes et uires habere oporteat. Elauia Pontbauium (Pont a fell in mappa) septem sunt millia passuum, uicus est inter eosdem montes, quem riuus ponte lapideo stratus alluit. Is uicus ab altera parte Forum Iulij, ab altera Carniolam, que Episcopo Pambergensi paret attingit. Ponibauio Maluercum uno milliari Germanico distat. Ibi finiuntur millaria Italica, et incipiunt Germanica. Is uicus montibus subiacet. Maluerco Villacum quinq; milliarium iter est. Urbs est in plano posita, quam a laterc amnis Drauus alluit, ponte ligneo iunctus. Hec urbs uic, qua Venetias fere imposita est. In ijs montanis, qua transiimus, habitant maxima parte homines strumositi, inter quos rari sine strumis reperiuntur, nisi extermi. Villaco Clagensfurtum proficiscentibus lacus occurrit duorum milliarium longitudine, et latitudine non exigua, qui aliquot Dominorum ditione subiectus est. Eum a dextra, Gratium petentes, reliquimus. Villaco Clagensfurtum quatuor sunt millaria. Oppidum est muro cinctum, in planicie situm, non adeo amplius, quod preterfluit torrens nomine Glan, ponte ligneo non longo stratus. Clagensfurto Velmarcum quatuor milliarium intervallo distat. Oppidum est in colle montibus subiacens, non magnū, Domini Georgij ditione subiectū. Velmarco Tragburgum quinq; disiacet milliaribus. Vicus est inter montes positus, arcī in monte impendens subiectus, quem amnis haud exiguus preterfluit nomine Drans, iuxta quem iter fecimus tamdiu, quo ad ista montana

LEONIS.

127.

superaremus. Tragburgo Caienuurczualdum, quæ
tuor milliarium interuallum est. Hic uicns montibus
subiacet, citra quem, Gratium à Venetijs petentibus,
arces due à finistra & tres à dextra occurunt. Ca-
ienuurczualdo Leibnicum quatuor milliarium spatio
abest, id castellum in plano possum, torrente, qui Sos-
num dicitur, irrigatur. Supra quod iacente qualiter
arces, omnes uno munimento circumdate, atq; in uno
monte sita, que trium Dominorum ditioni sunt sub-
iectæ, una est Episcopi Salisburgensis, altera Episco-
pi Secan, tercia Polbeimij. Id castellum cum arcibus,
quatuor milliaribus à Gratio abest. Leibnicio Gras-
tium quatuor milliarium iter est. Urbs hac est ampla
arcem habens, quam duo propugnacula ante eam crea-
ta muniunt. Ea urbs ab altera parte montes, ab altes-
ra planitiam prospectat, & Mura amni, qui ponte li-
gneo iungitur, irrigatur. In huius amnis ulteriore
ripa Stiria prouincia inchoatur. Gratij Impera-
torem, (Fridericum 3. intelligit) Principem Misniae,
& Ducem Albertum offendimus spectaculis equestri-
bus edendis intentos, in quibus deni aduersus denos
concurserunt. Ibi etiam Iohannes Zebrouiensis de-
currit, cum quodam Germano, nomine Rimbergero,
qui pro forti & ualido decursore existimabatur. Ad
id spectaculum Dux Albertus suum equum concepsit
Iohanni Zebrouiensi. Eam pugnam spectauit Cesar,
Dux Albertus, & alij plurimi Barones & Nobiles.
Cum decurseretur, Germanus ille, equum sub Domina
no Iohanne confudit, sed ipse precipiti admodum can-

127

99.

ITER DOMINI

à suo equo deturbatus est, ut id magne admiratione
Cesari & alijs esset, tamen immoto in suo
equo permanente. Die quarta Dominus cum principe
Alberto, & Episcopo Patavieni orarunt Cesarem, ut Schaschconem, equestribus insignibus ornaret,
quod statim impetratum est. In arce Gracensi Cesare
ut plurimum, commorari consuerit. Cum eò uenerit,
paucos secum cubicularios in arcem assunxit, reliqua
familia in urbem relegata. In hac arce preiosiores
Cesaris thesauri custodiri dicuntur, sed iij non sunt nos
bis monstrati, nisi apud alios Reges, preter unam
uestem Damascenam rubram, cuius oram meandri ex
unionibus & gemmis contexti, palmi latitudine circumibant.
De ea ita confiliarij Cesaris predicabant:
Si Cesari pecunia opus esset, eam uestem oppignorari posse plusquam pro quingentis millibus aureorum, nam aliquot gemmas in ea ostendebant que uicenis aut tri-
cenis millibus constare dicebantur. An ita uerè sese res
habeat ignoro, illi quidem ita referebant, sed nos para-
cē fidem huic rei adhibebamus. Quinto die Gratio
discessimus, & quatuor milliarium itinere confeclio
Frulautenum uenimus, uicus est in montanis Stirie
stus, & Mura fluui o alluitur. Ad eum Gratio ten-
dentes, à dextra confeximus Phanbergam arcem,
que Cesariane ditionis est. Inde Brucam tria sunt
millaria. Oppidum est & arx in monte supra oppi-
dum sita. Id in montanis positum eadem Mura fluui
alluitur. Gratio usq; in id oppidum eo flumine pro-
fecti sumus. Bruxa Coppenbergam uno milliare

venimus, uicus est, quem Murcius fluuius irrigat. Ei
 uico due arces coniuncte imminent, que Dño Stum-
bergero parent. Ille amnis duobus pontibus ligneis nō
 longis, iuxta dictum oppidum iungitur. Coppenberg-
ga Merczenschlagum quinq; milliaribus distaret. Ca-
 stellum est in montibus Stiriacis, quod idem fluuius,
 qui Coppenbergam, alluit. Merczenschlagum Schots-
 minum sex milliaribus, Schotuino Neustadium quatuor
 milliaribus distat. Neustadij arx est, in qua Ce-
 sar sepius commorari consuevit. Hec urbs iacet in
 confinio Austriae, Stirie, & Hungariae. Ibi offendit
 nus uxorem Cesaris, ad quam literas habebat Domi-
nus à fratre eius Rege Portugalliae. Ea Dominum
 humanè exceptit ex omnem comitatum, blandeq; cum
 Domino colloquebatur, de fratre suo perquirens, &
 quomodo Domino Portugallia placuerit, quamq;
 benignè à fratre suo tractatus sit, percontans. Cui
Dominus respondit: Se à fratre eius Rege Portu-
 galliae liberaliter ex comiter habitum esse, atq; duos
 bus equis elegantibus, quos sibi in diuersorium mi-
 fliset, & insuper binis Aethyopibus & Simie, que
 tantum à Rege expetiuiisset, donatum. — præterea
 per omnes regias provincias tutum ex liberum com-
 meatum sibi concessum fuisse, usq; ad limites Hispanie.
 Hos sermones coniunx Cesaris præopenso & leu-
 to animo audiebat. Nam, cum eas regiones petituri
 essemus, eadem literas Domino, ad fratrem suum
 Regem Portugalliae dederat, propria manu exara-
 tas. Ex ea urbe Dominus discessurus præmisit

ITER DOMINI

Schaschbonem ad Regem Georgium & Reginam Iosannam sororem suam, qui denunciaret, se ex peregrinatione reversum Neustadij apud Coniugem Imperatoris esse. Cum Neustadij essemus, deducti sumus in Monasterium nouum, quod Caesar sibi ad sepulturā extricauerat: Iamq; eo tempore sepulchrum preparatum erat. Lapis, quo sepulchrum claudi debebat, mille & centum aureis constare dicebatur. Postea ascendimus turrim, & eam campanam, quae aureos circulos habet, spectauimus. Qui hoc pacto ad eam campanam deuenisse feruntur. Mercator quidam locuples adnexerat in eam urbem aurum, quod massa eis inclusum erat, idq; cuidam ciui custodiendū tras diderat. Sub id tempus in ea urbe conflabatur campana, ad cuius magnitudinem cum aliquantum eis desideraretur, ille ciuis, qui id aurum custodiebat, ignorans aurum eis esse inclusum Senatum adiit, dicens: Ego es conflationi campanae cōpetens domi mei habeo, quod tamen non est meum, sed mea fidei commissum. Eum illi rogabant, ut illud es sibi usui daret, quo campana perfici posset, se cum mercatore, postquam uenerit, rem composituros, & pecuniam conuenientem soluturos. Id, ut orabant, factum est. Deinde cum mercator aduenisset, & es suum ab eo, cui asseruandum tradiderat, repeteret, respondit ille, id amplius penes se non esse, nam se illud ciuibus, rogatu eorum, quos ad conflationem campanae, es tale deficiebat, mutuo dedisse. Id tamen illi, pro ipsius placito, à ciuibus exolutum iri. Hac ille audiens, orabat hospitem nisi sibi

ITER D. LEONIS. 129.

ut sibi campanæ conficienda copia fieret. Eò cum deductus esset, conspicatus illos circulos aureos, interrogabat hospitem dicens: Q[uo]d opacum hoc aurum ad campanam deuenit? quoniam conuenienti pretio mibi ab hac Republica meum as exolutum erit? nam uides aurum admixtum ari fuisse. Tum subiunxit: Sed cum iam factum sit, nullum pretium pro aere res posco, preter id tantum, ut in mei memoriam, tamen pauperi, quam diuiti, gratis hac campana exequie celebrentur. Neustadio Therma quatuor milliarib[us] absunt. Inde Vienna itidem quatuor. Ea caput est Austriae, in plano sita, quam alluit Danubius fluens. Vienna Blatnam 27. milliarium iter est, omnibus notissimum.



R

HIC DESCRIPTI
BITVR VISITATIO TOT
TIVS TERRÆ SANCTÆ,
 quam huius temporis peregrinatores
 perlustrant. Sciendum autem est, qui locus signo crux
 tali + notatur, ibi esse remissionem ex liberatio-
 nem ab omni peccato ex poena. Sed quia loca tale
 signum ascriptum non habent, ea indulgentias in sepe-
 tennium, quadraginta ex septem dies concessas, obti-
 tinere. Eae indulgentiae his locis sunt attributa
 à beato Sylvestre Papa, rogatu Constantini
 Magni Imperatoris, ex diuina Helena
 matris ipsius.

Prima peregrinatio & visitatio ini- cipit à Iapha Hierosolimam usq.

Primo in urbe Ioppe vel Iapha Petrus Apostolus ad uitam renocauit Tabitam ministram Apostolicam. Non procul ab ea urbe locus est, ubi diuus Petrus pisces capere erat solitus. Item in urbe Lidda, templum est S. Georgij, ubi excruciatus erat. Ibi etiam est locus ubi Petrus sanauit Eneam Paralyticum. Item urbs Bamula. Castellum Emmaus. Ibi est locus in quo duo discipuli Christum ex fractione panis agnoverunt. Ibi est etiam sepulchrum So-

R. q.

ITER DOMINI

Cleopha, qui istorum duorum discipulorum unus erat.
Itidem urbs Ramatha, ex qua Iosephus nobilis ille,
qui Christum de cruce depositus, oriundus erat. Illic
est templum ex Sepulchrum Samuelis Prophetae.

Visitatio Hierosolymorum, ubi isthac conficiuntur.

IN sacra Hierosolymitana vrbe, templum
est, quo continetur sepulchrum Domini, ubi est
mons et locus supplicij, in quo Christus crucifixus
est +. Idem locus, ubi Christus linteis inuolutus,
depositus, et unctionis est +. Item sepulchrum sacru
m in quo Christus tumulatus fuerat, unde a mortuis tri
umphans surrexit +. Locus ubi Christus sese ma
nifestauit Maria Magdalena in habitu hortulani. San
ctum Deiparæ virginis, ubi Christus primum ei ap
paruit, in cuius fenestrarum una est columna, ad quam
Christus delegatus in domo Pilati, flagris cæsus fuit.
Carcer Christi. Locus ubi uestis confecta fuerat.
Sacellum S. Helene. Templum ubi crux sacra, cor
ona, clavi, et lancea Longini reperta est +. Item
alia columna ad quam Christus alligatus erat, cum
spinea corona coronaretur. Locus ubi inuentum est
caput Adami, in medio orbis terrarum. Item extra
templum sunt quatuor sacella, Primum beatæ virginis
et diui Iohannis Euangelistæ: Secundum Sanctorum
Angelorum: Tertium S. Iohannis Baptista: Quartu
S. Mariæ Magdalene.

Visitatio totius vrbis Hieros solymitana.

Extra portam est templum in uico, ubi est saxum in quo Christus crucem gerens quietuit. Domus diuitis eius qui Lazaro micas mensa decidentes denegabat. Biuum ubi Iudei Simonem ad portam crucem adegerunt, et ubi Christus deposita cruce, conuersus ad mulieres, dicebat: Nolite me des flere, sed uos et filios uestrros. Locus ubi uirgo Maria stans manibus pre dolore gesticulabatur, cum Christum, crucem portantem conficeret. Item duo saxa candida, in quibus Christus crucem portans paululum acquieuit. Item Ludus literarius, ubi Virgo Maria literas didicerat. Domus Pilati, in qua Christus condemnatus, flagris casus, coronatus, et morti adiudicatus fuit +. Domus Herodis, in quam Christus adductus ludibrio habitus, et contumelie causa, candida ueste induitus fuerat. Item, locus ubi Christus Maria Magdalene delicta remisit. Piscina probatica. Item, Templum Domini in quo Beata uirgo et Christus Deo consecrati sunt, et in quo Christus cum Doctoribus disputans, cum amissus esset, a parentibus repertus est +. Aedes sanctae Annae, ubi uirgo Maria nata est +. Porta Diui Stephani, qua ad mortem ductus est. Item aurea porta, qua Christus die Palmarum Hierosolymam inuenitus est.

Visitatio vallis Iosaphat.

R ij

ITER DOMINI

IN valle Iosaphat est locus ubi Diuus Stephanus lapidibus est obtutus. Item Cedron riuus cuius Evangelista mentionem facit, trans eum ligatum sanctae crucis, multis annos iter facientibus transsum precebat. Item templum et sepulchrum Deiparae virginis +. Locus ubi Christus iter parentem coelum adorauit.

Visitatio Montis Oliuarum.

IN monte Oliuarū est hortus in quo Christus comprehensus et vincitus est. Item locus in quo discipulos commorari iussit, dicens: Manete hic et orate. Item locus ubi diuus Thomas funiculum a Maria virginis in celum ascidente accepit. Locus ubi Christus Hierosolymam deflexit. Item locus in quo Angelus Domini attribuit virginī Mariæ frondem palmeam dicens: Hac die in celum tolleris. Item locus, qui vocatur Galilea, ubi Christus undecim Apostolis apparuit. Item templum et locus ex quo Christus in celum ascendit. Templum et Sepulchrū S. Pelagie virginis. Bethphage. Item templum S. Mathei, ubi Apostoli symbolum suum composuerunt. Templum in quo Christus discipulos suos orare docuit. Item locus in quo virgo Maria fessa quiete, cum sacra loca inuiseret. Templum S. Iacobi minoris, ubi se Christus illi manifestauit die resurrectionis, et in quo postea idem Iacobus tumulatus est. Ibi

etiam Zacharias propheta sepultus est.

Visitatio vallis Siloë.

IN valle Siloë fons est, ubi virgo Maria lincea purgauit, cū Christū in templo consecraret. Item fons Siloë, ubi cæcus uisum recepit. Item locus ubi Eseias propheta à Iudeis dissectus est, unde non procul est locus sepulchri eiusdem. Item, Ager Dei qui triginta argenteis emptus est.

Visitatio Sacri montis Sion.

IN monte Sion est locus, ubi Iudæi corpus virginis Maria eripere uolebant Apostolis, cum exequias eius celebrarent. Item locus in quo diuus Petrus lacrymabatur cum Christum abnegasset. Templum Sancti Angeli quod fuerat domicilium Anne Summi sacerdotis, in quo Christus condemnatus, pulsatus, et uerberatus fuit. Item Templū Salvatoris, ubi fuerat domus Caiphe principis sacerdotiū. Ibi Christus accusatus, condemnatus, spulis fædatus, facie uelata, in caput cæsus, et à Petro ter abnegatus est. Templum Despare uirginis, ubi Christo in cœlum abiato, duodecim annos uitæ agit, et ibi mortua est +. Locus ubi Iohannes Euangelista coram uirgine Maria missam administravit. Et ubi S. Mathias ad munus Apostolicum electus est. Item, locus orationis, ubi

R iiiij

ITER DOMINI

Beata uirgo orare confueuerat. Locus ubi secundū sepulcris est S. Stephanus cum Gamalièle. Locus ubi Christus Apostolis concionatus est. Locus ubi Virgo Maria sedebat, filij sui concionem audiens. Item sepulchra Danidis, Salomonis, & aliorum regum. Locus ubi agnus Paschalisi effatus est. Item, Cenaculum ubi Christus cum discipulis agnum paschalense manducauit, & Sacramentum altaris instituit, confessus cravitis. Locus ubi Christus discipulis pedes lauit, dieq; ascensionis tarditatem fidei ex duritiens cordis eorum increpauit. Item, Locus ubi Apostoli die Pentecostes Spiritum Sanctum acceperunt. Item, Locus ubi Christus apparuit Apostolis & diuino Thome, penetrans ad eos per ianuam clausam. Item, Locus in quo Diuus Iacobus maior decollatus est. Locus ubi Christus tribus Marijs apparuit, saluere eas iubens.

Visitatio Bethlemiae.

BETHLEMIAE isthæc monumenta uisuntur. Primo diuersorium trium Regum. Locus in quo stella tribus Regibus apparuit. Item templum ubi natus est Elias Prophetæ. Sepulchrum Rachel. Templū Marie virginis, in quo Christus natus est. Preseppe Christi. Locus ubi Christus circumcisus est. Locus ubi stella euannit. Sacellum Sanctorum adolescentium, & sepulchrum eorum. Templum S.

Nicolai, in quo est sepulchrum S. Paulæ. Templum Deipare uirginis, ubi Angelus Iosepho iter suscipie endum in Aegyptum mandauit. Templum sanctorum Angelorum ubi Pastoribus de nativitate Christi annunciatum fuerat. Sepulchra duodecim uatum. Cenobium Sancti Sabæ.

Visitatio Betaniæ.

Betaniæ est sepulchrum Lazari, ex quo eum Christus euocatum uita restituit +. Domus Simonis Leprofi, in qua S. Maria Magdalena pedes Christi unxit. Locus ubi Mariba ad Iesum dixerat: Domine si tu hic adfuisses, frater meus mortuus non esset. Domus S. Maribæ. Domus Marie, ubi habebat, ad quam Mariba dixit: Magister uenit ex te vocat.

Visitatio fluuij Iordanis.

Primum ibi spectatur Monasterium S. Iosachimi Patris Mariae uirginis. Mons uel desertus ubi Christus quadraginta dies ex quadraginta noctes ieiunauit +. In uertice eius montis, locus est ubi Christus a Diabolo tentatus est. Vrbs Hiericho ubi Christus in edibus Zachei epulatus est. Item locus ubi Christus caco uisum restituit. Cenobium S. Iohannis Baptista. Fluuius Iordanis, in quo Christus

R v

ITER DOMINI

Baptizatus est. Canobium Divi Hieronimi in deserto. Mare mortuum, ubi quinq; urbes subfidente terra undis bauste sunt. Trans flumen, desertum in quo dicitur gebat S. Maria Aegyptiaca.

Visitatio montanorum Iudææ.

IN montanis Iudææ est Monasterium Sanctæ Crucis, ubi lignum illud crenit ex quo Crux fabricata est. Domus Simeonis Sacerdotis, qui Christum in templo suscepit. Templum divi Iohannis Baptista, quo uirgo Maria ingressa Elizabetham salvavit, et dixit: Magnificat anima mea Dominum etc. Item locus ubi Iohannes Baptista natus est +. Domus Zachariae, ubi tabellis acceptis scripsit: Iohannes est nomen eius, et dixit: Benedictus Dominus Deus. Et cetera.

Visitatio Hebronis,

IN valle Mambre est urbs, ubi Abrahā tribus uiris conspectis unum eorum adorauit. Locus Ebron ubi sepultus est Adam, Abraham, Isac, Iacob, et uxores eorum. Locus ubi Adam creatus est. Desertum in quo S. Iohannes habitauit.

Peregrinatio in Nazareth.

Primo locus ubi Stephanus Martyr primum est sepultus. Albira arx in qua est templum

MARIE virginis, ubi Christum amiserat. Puteus mulieris Samaritana. Locus Neapolaza vel Sicbar, ubi Iosephi ossa sepulta sunt, illius, qui venditus in Egyptum fuerat. Locus Sebaste, in quo carcere inclusus ex capite truncatus est Iohannes Baptista. Castellum Sebenin, ubi Christus decem leprosos sanaverat. Vrbs Nain ubi Christus filium vidua à morte revocauerat. In urbe Nazareis est templum, in quo Virgo Maria ab Angelo salutata, filium Dei concessit. Vrbs Capernuum frequentibus Christi miraculis insignis. Fons ex quo Christus matris suae quam baurire solitus fuit. Locus ubi Iudei Christum de rupe precipitare conabantur, ut cervicem frangeret, unde Iesus per eos medios abiit. Mons Thabor, transformatione Christi coram Discipulis celebris. Mare Galilee, miraculorum à Christo editorum multitudine celebratum. Vrbs Tyberias, ubi Christus Matheum ad se sequendum euocauit. Item ubi Christus ad uitam revocauit puellam defunctā filiam principis Synagoge. Locus ubi Christus cum Matheo coniualus esto. Mons in quo Christus quinq; millia hominum quinq; panibus pavit. Item Mons Sinae eiusmodi factio Christi clarus, nimirum ubi quatuor millia hominum septem panibus ab eo satista sunt. Vrbs Sidon, ubi mulier exclamans ad eum dixit: Beatus uenter qui te portauit ex ē. Vrbs Tyrus ubi Christus sanauit filiam mulieris Cananeę. Et alia loca, que à peregrinatoribus non adeuntur.

ITER DOMINI

Visitatio Damasci.

Non procul à Damasco apparuit Christus S. Paulus dicens: Saule Saule quid me persequeris? Item, in manibus Damasci est fenestra per quam Paulus in corbe demissus est. Item, in urbe templa est, ex domus Pauli baptismo memorabilis. Item Aedes Ananias discipuli, qui Paulum baptizauit.

Visitatio Diuæ Catharinæ.

Primum in ea peregrinatione aditur vrbs Sezera, in qua Samson mortuus est. In monte Sinai est canobium, quod uocatur Deipare uirginis in Dumeto, in eo conditum est corpus diue Calbariae. Non procul ab eo templo, locus est, ubi DEVS Moysè apparuit in dumo ardenti. In medio montis Deus dedit Moysè duas tabulas lapideas in quibus insculpta erant decem præcepta +. Item, Locus gramine uirenti nestitus, ubi diuus Honofrius delictorum suorum poenitentiam egit. Aditur etiam alias mons diue Calbariae, in quo corpus ipfius ab Angelis tumulatum est, Deinde ex Mare rubrum.

Visitatio Aegypti.

Primum in vrbe Massara aut Cairra sunt

LEONIS.

135.

plurima Christianorum templa, inter quæ est unum
Deiparæ virginis quod cognominatur de Columna,
ibi est corpus S. Barbaræ virginis. Fluuius qui ex
Paradyso terrestri profluit. Hortus Balsaminus.
Cenobium diui Antonij, & Pauli primi Eremitæ,
Macbarij & aliorum plurium. Ab urbe Massara,
quantum trium dierum itinere expeditus pedes pro-
gredi posset, in interioribus Ægypti, iacet regio
nomine Monceluta, in qua est cenobium nomine Els-
marach, quod sacellum habet, in quo Beata uirgo se-
ptem annos egit, cum Christo filio suo, & Iosepho.
Eius facti memoriam omnes Christiani qui Ægypt
inhabitant, die Palmarum recolebant. In urbe
Alexandrina excruciatæ est S. Catharina.

Ibi etiam uitam finiuit S. Iohannes Elea-
mosinarius. Ibidem tortus fuerat

Marcus Euangelista,

& sepultus.



Impressum Olomucij apud Fri-
dericum Millichtaler.





